R. P.

HIEREMIÆ DREXELII

E' SOCIETATE IESV

OPERVM SPIRITVALIVM

Tomus Secundus.

GYMNASIVM PATIENTIÆ.

AVCTORE

HIEREMIA DREXELIO,

è Societate IESV.

ILLVSTRISSIMO DOMINO, D.

ALBERTO

STANISLAO RADZIVILL

S. R. I. PRINCIPI, DVCI IN OLICA

& Niesvviess; Magni Ducatus Lithuaniȩ Cancellario; Capitaneo Meuensi, Tucholiensi, Velunensique &c.

Domino meo Clementissimo.

EVOCARAT ad se, quod Cælius Rhodiginus *a* memorat, Lydorum Rex Halyattes, è Grȩcis sapientibus Biantem, primi nominis philosophum. Animus erat multa cum eo colloqui. At Bias supercilium philosopho parum decorū induens, vix hæc paucula pronuntiauit: *Ego Halyatti mando, cepas comesse.* Mirabatur rex tam curtum, tam & tenebricosum responsum, & quidnam hoc sibi vellet ab eruditioribus alijs perquirebat. Vox omnium erat: Cepis designari lachrymas, quas scilicet exprimerent cepæ. Mentem igitur Biantis videri: Lachrymas nemini non gustandas, nec regibus hic parci, imo quo altius solium, eo plures ac vehementiores in illud mœrores ascendere; cepas omnibus edendas esse, vniuersè omnem humanam gentem varijs calamitatibus exerceri.

Sapienter Bias & verè. Post pomum in elysijs campis furto ablatum, iam lolio & cepis victitamus. Ita paradisi Dominus edixit: In sudore vultus tui vesceris pane tuo: maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. *b* In exilium eiectis iam cepȩ in ientaculum, in merendam, in prandium, in cenam ponuntur hic licet helluari. Nusquam non lachrymæ. Hæc humanæ vitæ conditio est. Aut desinat, aut potius non incipiat viuere, qui renuit has cepas edere.

Siracides ingemiscens: Occupatio magna, inquit, creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium. *c* Quisquis suas habet lachrymas; suis quisque miserijs vrgetur. Vnum atque vnicum hic remedium est PATIENTIA Quam tamen sine magistro ægrè discimus. Eam ob rem magister è cȩlo in suum nos gymnasium inuitans: Discite, inquit, à me. *d* Sed quid, obsecro, discendum? E doctioribus discipulis est qui respon-

deat:

deat: Patientia vobis necessaria est, vt Voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.

Patientia igitur discenda est. Sed quibus? num omnibus? & quanto tempore discenda? quo mineruali? quibus condiscipulis, quibus legibus? Istud hac scriptione peragendum, quæ in terram alio calentem sole videbatur ablegenda. In Poloniam mihi animus iam pridem ibat: calamum illi meum equi vicem assignaui quo veheretur. Et primo quidem ingressu ipsum regni Solem, Serenissimum poloniæ &c. Regem, Sigismundum III. supplici veneratione salutare decentissimum erat. Et vero nunc grati animi erit, vt quam primum licuerit, huic soli me denuò sistam, cum quanta demum potuero, gratiarum actione. Idque iam molior, gratam voluntatem qua dabitur, in tam pronum ac liberale sceptrum exhibere. Nunquā tamen regias ad me litteras beneuolētia ac beneficentia plenissimas sat dignis officijs celebrauero. Verū ab hoc sole Poloniæ, ad eius sidera deficere decorum & ordo suadent. Inter ea vero primū, Te, Princeps illustrissime iure tuo numero. Te nunc, tuamque Illustrissimā familiā velut coram allocuturus adsum. Neque hoc quisquam mirabitur, vbi caussas admiserit. Radziuiliorum Principum prosapiam & virtutem iam Orbi notam, ego duplici ratione nosse didici: scriptis & alloquijs. Quis Illustrissimi Principis Nicolai Chrystophori Radziuillij iter in Palæstinam legat, & non animos ac virtutem viri obstupescat? Ex illo vngue hunc leonem est cernere. Quantus heros, Superi! Quanta tulit, fecitque, quæ pericula non adijt, quanta modestia Fastum triumphauit, quam abiecto peregrini schemate se principem dissimulauit, quanto pietatis sensu, & nascentis Domini cunas, & morientis cliuum, & mortui sepulchrum veneratus est? Ausim dicere: audita mihi lectaque sæpius est profectio Magni illius Principis; sed nulla dum satietas me tenet; eadem & audire & legere ardor est. Hoc hactenus vnum dolui, non licuisse ipsa viri ora vultumque cernere, & præsenti alloquio generosissimos spiritus deuenerari. Sed licet occasionem istam sors inuiderit, licuit tamen ab hoc parente tres filios familiarissimè nosse, qui in Augustano Lyceo sceptra fascesque sapientiæ præceptis inclinarunt, modestia prorsus laudabili, & vt rem dicam, paterna. Ex eadem Illustrissima Radziuilliorum stirpe præstantissimus iuuenis in Academia Dilingana Rhetoricis disciplinis imbuendum se mihi tradidit, cuius excelsam indolem tanto exploratius, quanto familiarius, & è proximo nosse potui.

Sed quid amplius dissimulem? Teipsum, Illustrissime Princeps, Magnificæ Humanitatis specimen compello? Aures & oculos meos produco testes amplissimæ comitatis, & planè affabilis modestiæ tuæ, quæ vel hostium animos in sui cultum trahat. Spectauimus. Te Principem inter nos velut vnum è nobis sincerissima humanitate agentem, audiuimus modestissimi oris optimos in nos affectus. Et quod in Te singulariter suspiciendum: Non sequeris fastidium illorum, quibus pleraque omnia externa sordent. Alij sunt tui mores. Modestiæ tuæ facillime se probauerit, quicquid in quauis natione laudandum. Germaniæ hoc detulisti, vt coniugem tibi legeris è Germana Nobilitate lectissimam.

Sed acrioribus stimulis in exteras terras reuocor. Ampla sunt in Societatem nostram Principum Radziuilliorum beneficia: Cetera sileant licet, loquitur Collegium & templum Niesvvisiense à Nicolao Christophoro Radziuillio è fundamentis erectum, & annuo censu inter pauca munifice dotatum. Eiusdem Illustrissimæ familiæ liberalitatem experta Vilna, quæ à tuo, Princeps parente felicis memoriæ, fundis vrbi vicinis est aucta.

Et tuam, Alberte Princeps, largitatem annuam Varsauiensis Professa domus prædicat. Is porro animus tibi est in Societatem nostram, vt illam vel peregrè ames, nec enim

nim iter ingrederis vllum, quin ex ea tibi comites adſciſcas.

Ita quocunque cogitationes intendam obæratum me teneri video, in primis à Sereniſſimo Poloniæ Rege, cui quicquid deinceps gratiæ retulero, minus fecero, quam grati animi leges poſtulent. Deinde à te, Illuſtriſſime Princeps, cuius benefica humanitas nos ſibi pridem deuinxit. Illud ſingulariter huic epiſtolę hoc iter lõgius perſuaſit, quod intelligam libellos meos quamuis peregrinos apud te domi ſuæ eſſe, oculis & manibus à te ſedulo geſtari. Hæc audacem me faciunt, iubentque omnino in Poloniam redire. Facio; & in tui obſequium me ſiſto, Illuſtriſſime Domine, cumque aliud obſequioſi muneris genus non ſuppetat, hanc ſcriptionem meam libens merito Illuſtriſſimæ Celſitudini Tuæ dico conſecroque. Scriptionis frons eſt GYMNASIVM PATIENTIÆ. Vitam noſtram ſpectamus? tam neceſſarium ei nihil eſt, quam aſſidua Patientia. Ad Patientię gymnaſium Imperator. Reges, Principeſque non rarius imo & crebrius quam imi ſubſellij homines citantur. Hic omnes quotidie cogimur diſcere, nec prius ex hac ſchola quam è vita dimittimur. Nunquã deeſt quod patiamur, ne vel vnquam improbis timor vel ſpes abſit calamitoſæ virtuti. Viuere non vult, qui pati recuſat. Alternæ ſunt vices rerum; ſecunda turbidis aſſiduè miſcentur. Maximæ artis & virtutis eſt, in ſecundis non confidere, in aduerſis non deficere. Atqui hanc artem ſola docet Patientia: illius præcepta & leges explicat hic libellus, qui non antè publico ſe committere voluit, quam ad Illuſtriſſimi nominis tui ſplendorem, ô Magnum gentis tuæ ſidus, caliginem ſuam extiſſet. Hoc vnum ſubmiſiſſimè nunc rogo, vt & hoc mei in te, ô Princeps, affectus & obſequij monimentum quamuis exile, & omnem Societatem noſtram tibi commendatam habere non deſinas. Monachij, Kalendis Septembris, Anno à Virginis partu M.C.D.XXIX.

Celſitudinis Tuæ

Submiſiſſimus in Chriſto ſeruus

HIEREMIAS Drexelius è Societate IESV.

a *Cal Rhodigin.l.12.Antiq.lect.c.4.*
b *Gen.c.3 v.17.18.19.*
c *Eccli.c 40.v.1.*
d *Matth c.11.v.29.*
e *Hebr.c 10.v.36.*
f *Montem Glogothaum.*

BENE-

BENEVOLO LECTORI.

ANIMI *mei est, mi Lector, Patientiam te docere, sed compendio. Nec tamen negauerim: agrè susceptum à me hoc thema, quod forsan mireris, dicas: An non copiosum satis & abundans est? Imo vero: est & hac ipsa fuit mihi caussa thematis istius penè deserendi. Nimis copiosum, abundans est nimis. Quid primo, quid vltimo loco dicerem, hærebam, Et mihi hoc credas velim: de nulla re copiosius differere, quam de hac ipsa promptum est. Ingens iam olim in hanc rem parata mihi supellex. Ita codices & grandia volumina, quam succinctos & graciles libellos scribere fere facilius foret. Sed ego lectoris mei meumque ipsius profectum potius, quam operis molem ac maiestatem specto. Multa legere, pauca expendere, primorum obliuisci, antequam ad extrema perueneris, quid iuuat? Ad commendandam Patientiam, profecto parum facit exuberans & laciniosa dictio. Ea de caussa scriptionem meam hoc circo atque his finibus circumscripsi, Vt pauca quidem, sed vt Ordine dicerem, eoque stricto, tam Memoria quam Voluntati ac Intelligentię magis iuuandæ. Liceat dicere. Non collegi, sed selegi. Plura fortassis hac de re daturus, si vita & valetudo fuerit: hac interim in gustulum propino. Vale, mi optime Lector, & ad patientiam, rem omnium maxime necessariam te compone.*

IMA-

IMAGINIS PRIMÆ EXPLICATIO.

A. Patientia suos erudit, per adstantem Angelum, ostenditque, *vel hic vel ibi*; In hac, vel altera vita patiendum esse. Neque enim è paradiso in paradisum, à delitijs ad delitias transiri. Eligant ergo, malintne spineam coronam afflictionis momento nunc paullum productiore ferre, & auream beatitudinis æternum; an mutatis vicibus, nunc auream, dein spineam.

B. Patientiæ discipuli, monstrant decem symbola. 1. Virgas 2. Sagittas. 3. Faces. 4. Stramineum sertum 5. Bacillos. 6. Laqueos & catenas. 7. Nodosos Fustes 8. Pallium 9. Flagra. 10. Saccum. Hæc explicat Patientia, & docet, quæ potissimum castigationes in suo Gymnasio sint tolerandæ. Tanto quisque minus est doctus quanto minus castigationis patiens

PARS


Pondus graue: sed leue patienti
Quæ prius placet? Hæc aut Ista?
INRI
Tandem spinæ florent; nec flores ipsi
Sustinendo
Abstinendo
Animose post spinas aurum & gemme

Tomo 2. fol. 1.

PARS PRIMA.

CAPVT I.

Quæ pœnarum genera, seu, Quæ cruces sint in gymnasio Patientiæ ferendæ.

QVercus olim, sed saucia & fracta cum Arundine familiarius cœpit fabulari. Iterum colloquij Quercus à clade propositum. Fortunæ scilicet malignitas, & casus adversi Quercum fecere disertam. Me, inquit, aspice, ô mea vicina, & calamitatum ecce spectaculum: vix ego mei dimidium retineo, adeo convulsa miséreque lacerata: sic *Æoli* fratres me tractarunt. Sed, obsecro, quid prius mirer, te tam salvam, an me sic ægram? Tu mihi viribus, ô Arundo, nequaquam par es. Ipsi oculi dicunt, me millies robustiorem esse quam sis vel fueris, vel mille Arundines. Nihilominus cum venti ac turbines me incursant, nullæ sunt vires meæ, convellor lacerorque, frangor, deijcior. Tu vero ventorum vim omnem eludis; vacuo vento pugnas, & nunquam non vincis; triumphas sola. Nos Arbores vincimur, qui demum hoc fieri dicam? Arundo sibi docta, nihil interpellans loquacem, vix demum sic orsa: Non est, inquit, quod mireris, ô mea optima vicina; tuum tibi robur exitio est. Si minus esses robusta, magis forte integra & sana. Parce tua dixerim, tu robore tuo fidis, vento insistis, atque ita vinceris. *Adversarium* habes qui robur nescias, illum hostiles vires animant; robur ei additur, quoties cum robustissimis congreditur; tantoque certiorem habet victoriam, quanto difficiliorem pugnam. Hinc ventus vel altissimas, vel densissimas quercus deijcit, ridetque inanem frustra resistentiam. Ego fragilitatis meæ non ignara cedo, & vel uno die sexcenties ventum venerer prono corporis situ. Nec mihi grave est, ut vitam tuear vel millies adorare tam potentem hostem. Proinde hic non viribus agendum est, sed dexteritate.

Ita prorsus est: Ignaræ sunt vires cum consilium desit aut dexteritas. Calamitatis ventus nemini nō incursat, nemini parcit; probos, improbos iuxta habet. Et quis est qui nihil adversi sentiat? Sed mali adversis erudiuntur, & attolluntur cælo; non pauci franguntur, & deijciuntur funditus. In eo ita versatur, non quantum adversi sentiamus; sed quomodo id perferamus.

In unam eandemque scholam discentes subinde discipuli compinguntur, sed non omnes hinc Apollinea emergunt. Laurigeri multi, pauci Phœbi. E scholis aliqui ad castra transeunt; Alij hoc discunt ut cauponariam, aut mercaturam exerceant; Alij e ludo literario vel sellicones aut æditui, aut etiam tabellarij vel frumentarij, messores & textores rustici prodeunt. Refert, non quid discas, sed quid discendo proficias. Et quia varia discentium sors est, diversus etiam profectus est. Illis desunt ingenium, istis pecunia, his industria; ita nec illi, nec isti, nec hi doctrinam adipiscuntur.

Eadem pene ratio est in *Gymnasio Patientiæ* seu *Schola Christi*. Varius hic discentium vel ardor, vel languor est; hinc & profectus planè dissimilis. Illud tamen præclarissimum, & huic uni Gymnasio proprium, ut in eo nemo non proficiat, nisi qui proficere nolit. Ingenium aut pecunia hic nulli negatur, modo ille afferat promptum ac cupidum discendi animū. Sola hic industria potest omnia. Hic illud v-

odem victum inter dicentiſſima cenſitur? NOLLE DICARE.

Sed quibus libris hoc opus, quæ volumina in hoc gymnaſio terenda? Priſcorum mos non illaudatus fuit, convivis ante accubitum ſchedam porrigere, aut etiam domum præmittere, quæ convivii ferculorum in convivio apponendorum ſeriem edoceret. Ita convivæ ratio quemque præmonebant. Hoc miſſus habebis, hæc tibi fercula, hoc numero atque ordine ponentur. Proinde ſi quid è prioribus minus ad palatum aut ſtomachum tuum fuerit, ſubſtringe famem, & locum melioribus ſerva. Conſilium omnino commendatum, ſcire à convivis quid paraturus eſſet paterfamilias.

In Gymnaſio Patientiæ non minus expediet ſcire, Quibuſnam calamitatibus DEVS mortales punire conſueverit. Primum diſcipuli munus eſt, libros noſſe qui perlegendi ſunt. Iobus his ipſis curis agitatus: Librum, inquit, ſcribat ipſe qui iudicat, ut in humero meo portem illum. a Omnia quæ ſibi patienda forent, in unum volumen redigi cupiebat, paratus hoc onus non invitis humeris aſportare.

Hoc igitur ante omnia agamus, & Afflictionum genera (uſitato nomine CRVCES appellantur) in certas claſſes diſtribuamus.

a *Iob.c.31.v.10.*

§. I.

QVicquid pœnarum in hoc Orbe, quicquid afflictionum vel exercitationum eſt, ſub hoc decemplici cruciatuum ſchemate continetur. Habet quippe DEVS in Patientiæ gymnaſio,

1. VIRGAS
2. SAGITTAS
3. FACES
4. STRAMINEVM SERTVM
5. BACILLOS
6. LAQUEOS ET CATENAS
7. NODOSOS FVSTES
8. PALLIVM
9. FLAGRA
10. SACCVM

Hæc ſtricte iam nunc exponamus, uberius ſingula ſuo loco explicaturi.

1. Virgæ, Morbos ac dolores ſignificant. Morborum pæne innumeri ſunt; ſinguli aliquid amaroris à Morte participant. His Virgis initiamur ad Mortis ſacra. Per morbos ad Mortem via eſt. Multorum mortem diſtulit Morbus, & ſaluti illis fuit, [illegible]. Et eſt etiam virtuti in lectulo locus.

2. Sagittæ, animi cruciatus repræſentant, ſollicitudines, curas, ægritudinem, mœrores, pavores, ſuſpiciones & angores; acuiſſimos ſcrupulorum aculeos, illecebrarum ac tentationum impetus, occultos conſcientiæ morſus, metus, fluctus, æſtuſque ſollicitudinum. Sagittæ Domini acutæ, & omnes arcus eius extenti. a

3. *Faces* Paupertatis ſigna ſunt. Paupertas variè mortales urit, prout domeſticus urendi modus varius eſt. Subinde charta ſeno illita, & decumbentis calceo impoſita incenditur; aliàs gracilis cereus ſupponitur digito: quandoque hypocauſtum ita caleſcit, ut æſtuantes thermas putes; nonnunquam quod chariſſimum eſt eripitur, & in ignem coniicitur. Satis vivitur cuius deliciæ ardent. Ita paupertate homines ſolent exerceri.

4. Sertum Stramineum, deriſus, illuſionis, ac contemptus, ſignum eſt. Vix quidquam plerosque diſcipulorum in hoc gymnaſio ſic premit verumque ac ludicrum hoc ſertū. Quod tamen frequentiſſimum eſt ſupplicium. Pæne ubique iuſti ſimplicitas deridetur. b Ambulant recto itinere & timent DEVM deſpiciuntur ab eo qui infami graditur via. c

Hoc quadruplici pœnarum genere quicquid ferè patimur, comprehenditur. Aut enim corpus aut animus, aut corporis, aut animi bona calamitatem accipiunt. Ideo Virgas, Sagittas, Faces, Sertum Stramineum aſſignavimus. Sed has miſerias in alias rurſus tribuimus.

5. Bacillis adumbrantur miſeriæ quotidianæ, fames, ſitis, æſtus, frigus, habitatio incommoda, veſtis corpori non habilis imò ſuperflua, expectatio vana. Quemadmodum ludimagiſter bacillum vix unquam de manibus ponit, & modò illum diſcipulum, modò manus, modò caput ferit: ſic à quotidianis illis miſeriis raræ ſunt feriæ inter mortales, nunquam deeſt, quod abeſſe malis.

6. Catenæ ac Laquei propriæ cuiuſque ſtatus miſeriæ ſunt. Sua quemque ſors vinculis ligat,

figat; hunc arctius, illum remissius. Coniugium arctissimum est vinculum, & vere ferrea, imo adamantina catena, quam nemo nisi mors rumpit. Sæpe coniuges non elariunt, non sitiunt, non ægro corpore sunt, sed male conueniunt: alter alteri obijcit: Nec possum tecum viuere, nec sine te. Ligatus vtique fuit qui dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. d

7. Fvstes nodosi, seu, scorpiones, calamitates sunt plurimis communes, Hæresis, Lues, Tyrannis, Bellum, incendia. Annonæ charitas, Eluuiones fluminum, Oppressio egenorum. Ecclesiastes queritur: Verti me ad alia, inquit, & vidi calamitates quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos quam viuentes & feliciorem vtroque iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. e

8. Pallium vocamus eas miserias, quas, nos ipsi nobis creamus, & nostris nosmet opinionibus aut suspicionibus in crucem attollimus, ac misere lancinamus. Frequentissimum est propria vineta cædere: singulum malis onerare, seu fictis seu veris. Contra seipsum Iobus queritur; & Factus sum, inquit, mihimetipsi grauis. Nimirum, tam miser quisque est, quam se esse credit.

9. Flagra sunt afflictiones ab alijs quibuscunque prouenientes, præsertim illæ quæ à Lingua, vti sunt Calumniæ, probra, detractiones, exprobrationes, omnes verborum iniuriæ. Huc refero, cum ab altero negatur, quod ab illo votis omnibus expectabatur; aut imperatur quod velis ac remis fugiebatur. Atque hi flagrorum ictus sunt, qui non vibices & sanguinem cient. Sed solatur Gregorius: & Nunc, inquit, foris per flagella tunduntur, vt intus in templum Dei postmodum sine disciplinæ percussione reformentur.

10. Saccvs denique est plurium malorum cumulus. Ægro subinde interrogatus, qua parte corporis dolores sentiat: Vbique, respondet; omnia dolor occupat. Ita sæpius maiorem aerumnæ portio, cacoluxtrion insidias, homines aduersantur, Devs non fauens, morbus & paupertas circiant, corpori & animo male est, quicquid oculos incurrit hostile creditur. De tali homine non male pronuntiem, In saccus est, sed vsque ad collum: Vbi Mors venerit, totum hominem inuoluet sacco, & è viuis eijciet. De singulis afflictionum hanum paullo post vberius dicemus.

Quod si alicui Deus eligendi copiam faciat iubeatque: Elige quam tibi maxime conuenire iudicas crucem. An lingua flagellari malis. An paupertate vri, an virgis ægritudinum cædi, an neruorum iaculis contingi, an stramineo contemptoris serto coronari? Quis hic illud Danielis & Susannæ non vsurpet: Angustiæ sunt mihi vndique, coarctor nimis f. Inexplicabilis deliberationis res foret. Hoc tamen, puto, denique rogaret: Domine si regiam tribuere vis beneficium, ab omnibus me molestijs & miserijs immunem præsta.

Ah, quam ceramus splendidè Orbis ordinem, si liceret, turbarem. In eum intracimus mundum, vbi his legibus viuitur, vt ad omnia patienda parati simus. Impares nascimur, pares morimur. Quicquid inter natalem & mortalem diem medium est, ærumnis plurimis agi necesse est. Et doleas oportet, & sitias, & esurias, & senescas: & si tibi longior contigerit inter homines mora, & ægrotes, & perdas aliquid, & pereas. Hæc vitæ lex est.

a *Ise.c.3.v.18.*
b *Iob c.12.v.4.*
c *Prou. c.14.v.2.*
d *Luc.c.14.v.20.*
e *Eccles.c.4.v.3.*
f *Dan.c.13.v.22.1.Reg.c.13.v.14.*

§. II.

Occulta sed plane stulta persuasio est: *Inoffenso pede vitam transigere*. Erratis, ô mortales, erratis amplissime: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. a Et, Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? b Cur membra vilissima sub nobilissimo capite conditionis sint melioris? Illud enim primis sciendum, non esse mollem ad astra viam, non rosetis aut salicetis amœnam: aspera est, & confragosa, nec pede tenero calcanda. Certe Deus suos molliter habere non solet. Sed Hipponensis Præsul, gemina Psalmum;

Augustinus solatia hic adhibere; Flagellat nos Deus, inquit, in istis laboribus, & tendit nos. Tota ista miseria generis humani, in qua gemit Mundus, noveritis fratres, quia dolor medicinalis est, non sententia poenalis. Videte quia dolor vbique, vbique metus, vbique necessitas, vbique labores? Locupletissimus hic testis Ecclesiastes. Cuncti dies eius doloribus, inquit, & ærumnis pleni sunt. d Sapiens ille Augustini discipulus? Qualitercunque, ait, ordinavero de pace mea, non potest esse sine bello & dolore vita mea. e Et quæ vsquam latebra est, in quam non intret calamitas? quæ tam munita & in altum subducta vitæ quies quam non dolor concutiet? Quocunque te abdideris, inquit Lucius Annæus mala humana circumstrepent. Multa extra sunt quæ circumeunt nos, quo aut fallant aut vrgeant: multa intus quæ etiam in media solitudine exæstuant. f Nulla domus in toto Orbe terrarum, aut est, aut fuit sine aliqua comploratione, nec vllam tam miseram nominabis domum, quæ non inueniat in miseria consolationem. Plena & infesta variis casibus vita est, à quibus nulla longa pax, vix induciæ sunt. Non est delicata res, Viuere. Longam viam ingressi sumus, labamur oportet, & cadamus, & lassemur. Per eiusmodi offensas emetiendum est confragosum hoc iter. Nusquam tuta quies, nusquam securum gaudium, vbique occurrit quod turbet. Quicquid agamus, viuendi ratio aliter non constat.

Et omnem obiectio rerum ordinem mihi contemplandum: Nihil in Orbe tam excellens, cui suus à latere non hæreat aduersarius. Quid fecundioris vino & benedictionis lacte est agricolantibus? at vnica cæli excandescentia sæpe totum terræ fructum abstulit. Verissime dictum: qui obseruat ventum nunquam seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet. g Quid pulchrius aut mirabilius sole? Habet & hic suas maculas, nubibus obtegitur, terra quotidie sepelitur, eclypsin & deliquia patitur. Quid aere quo vescimur, magis necessarium? vno anno, vel imo mense vno frequenter, millies mutat, iam humidus, iam siccus, iam serenus, iam turbidus, modo salubris, modo noxius, modo subtilis, modo crassus & qualis in Bœotia. Nobilissimus liquor est vinum, sed quantis innatat fæcibus? vix illud biberet, qui totas causas cogitaret? Et quot à vino quotidie damna fiunt? Zythus, seu, ceruisia quæ plurimorum gulis pro nectare est, ex impurissima plerumque aqua coquitur. Macellum venales porrigit carnes, sed vna cum ossibus. Pulcherrimæ arbores contra nata, immatura, vermiculosa, fugacia, calculosa poma generant: Venustissimæ vrbes vilibus domunculis & tugurijs non carent; ornatissimæ domus obscurissimos recessus, & latebras habent, quo sordimenta conijciantur; amplissima ædificia non ab omnibus incommodis sunt exempta. Cælum respicimus? Vix vllus terribilis est dies, à serenissimo cælo sæuissimæ tempestates: non iidem semper flant venti; Fauonios & Zephyros sæpe plumbeus Auster, & indurescitor Boreas excipit. Nec oleum sine amurca est, nec [illegible] lolio triticum. Et quantum sordium latet vel in formosissimo homine? & quoties idem vel vno die mutatur? Vere, Nunquam in eodem statu permanet. h Ecquid tibi vis, ô homo? Deus etiam in Angelis suis reperit prauitatem. i Vbique aduersarius, vbique hostis est. Nihil beatum ab omni parte. Et non omni die volumus videre Phœbum? omnia ire tranquille atque ad votum omnia succedere? Hic somniantium insania est, non vigilantium. Omnia Naturæ opera reclamant & vbique hostem latere pronuntiant. Idem in moralibus videre est.

a *Actor. c. 14. v. 22.*
b *Luc. c. 24. v. 16.*
c *Aug. in. 8. in Psalm. 138. circa medium pag.* 654.
d *Eccl. c. 2. v. 23.*
e *Thom. de Kemp. l. 3. c. 12. lege totum caput.*
f *Sen. epist. 52. initio, & consol. ad Polyb. c. 13. & consol. ad Marc. c. 12.*
g *Eccl. c. 11. v. 4.*
h *Iob c. 14. v. 2.*
i *Idem c. 4. v. 18.*

§ III.

Vix vllus liber est, cui non subrepserit error & næuus, aut ab auctore, aut à typographo. Vbi honor est sine æmulatione dictis, verus honor non erit. Et vbi est ille hominum est, qui

est, qui malos omnes exclusferit? Et vbi vir ille tam sanctus est, in quo nihil sit quod iure reprehendere possis? quod perambulem, quæ cena sit cui non suum misceatur acetum? Ida satis & impleo me; gaudeo, semperque ceptorem parcius cessisse. Sub [illegible] appetentiam, & temperes? iam gula in cruce est. Ita semper liberalibus proximus hæret dies Cinerum, & Paschalis parasceue. Honoris templo proximum est Laboris: ex hoc in illud transitur. Sic vbi vinea, ibi tribulus; vbi mel, ibi fel.

Dicuntur Ioue iudice litigasse Voluptas & Dolor, neque illa huic neque hic illi in vllo cedere videbatur. Ad quos Iupiter: bene est, inquit, ita componam vos, vt diuini nequeatis. Et adamantino vinculo colligauit dissidentes, inde vnquam non simul sunt. Quid miramur.

Semper odoriferis proxima spina rosis.

Quocumque oculos conuerteris, mel felle temperatum reperies, nec quidquam adeo puratum est ab omni fæce. Ingenitum hoc omnibus creatis est, vt insita quadam vi ad mutationem ferantur, & casum. Vt ferro consumens quædam rubigo per naturam agnata est, ligno exedens caries aut teredo; sic animalibus, oppidis, regnis interitus & sua causa pereundi. Supera infera respice: grandia, parua: manufacta, aut natura: aut omni æuo durantia, & corruent in omne æuum. Atque vt flumina ad mare feruntur, perpeti & prono cursu: sic res omnes humanæ per hanc (vt sic dicam) cladium canalem labuntur ad suam metam. Mors & mors & interitus, quibus pestis, bella, cædes administri & instrumenta sunt. *a*

Quid ergo sibi vult impatientia nostra? Triumphos ante victoriam [illegible] [illegible] ante labores? Quis seruum ferat, qui domum rediens ex agro, comparatum triclinium nondum splendidis, accedere illuc epulas? Tu bone vir sileto, tu epulas sustinere. Ita paterfamilias iubet: Præcinge te, & ministra mihi, post hæc tu manducabis & bibes. *b* Est tempus spargendi ac seminandi, erit etiam tempus colligendi, illud præcedit istud. Qui seminant in lachrymis in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. *c* Ad rem Chrysostomus: Quemadmodum, inquit, semina opus habent imbribus, ita nos etiam lachrymis: & quemadmodum terra opus habet vt aretur & proscindatur, ita anima fidelis, pro ligone indiget tentationibus & afflictionibus, ne producat malas herbas, vt eius molliatur durities, ne animam efferatur & extollat. Oportet nos prius laborare, & tanquam animi remissionem & otium quærere. *d* In Orbe hoc labor & afflictio est, in cælo quies & serena sequentur. Cælum affectas, & de corporis quiete cogitas? Eundem audi Chrysostomum, qui non immerito nostram nobis segnitiem sic exprobrat: Quid dicis, ô homo, quid agis? cælum paras ascendere, & regnum cæli inuadere: & interrogas, ne qua tibi difficultas occurrat in itinere, ne quid asperum tibi in via accidat aut laboriosum, & non erubescis, non pudore oppressus sub terra temetipsum defodis?

Quicquid agas, ad cælum non euades nisi probe contusus. Vir ille religiosissimus recte dixit: Regnum cælorum est regnum tentatorum, afflictorum, contemptorum & varie detruncatorum. Quomodo audebis tu timide, inter tot decertantes duces comparere? Deus vult testari, pretiosum esse bonum quod quærimus, pro quo consequendo hæc toleramus. *e*

Gens Hebræa in terras olim illas transitura, Sehon regem Hesebon his precibus conuenit: Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram. Alimenta pretio vende nobis vt vescamur; aquam pecunia tribue, & sic bibemus. *f* Non tamen tentanda, quæ visum aperienda via. Oportebat & nos transire ad cælum hinc turbis & hostibus, & multorum rerum est, neminem lædere, modo nec ipsi lædamur. Frustra sumus. Non admittit cælum tam effeminate pacificos, & qui hoc viuum fatigant. Nemini pari.

Ergo quod prisci cum laude vsurparunt: *Nulla dies sine linea*: Imitemur & nos, dicamusque: *Nulla dies sine [illegible].* Lux nulla transeat, qua non aliquod strenue agamus, aut fortiter patiamur pro Christo. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei *g*. Per multas, omnino, per plurimas. Nec fere quidquam in Orbe dignitatis

 adde-

admirationis est, quam homo fortiter miser, ac obstinatæ mentis ad tolerandum. Et ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. g Primus in Patientiæ gymnasio profectus est, scire neminem nisi plurima patiendo proficere. h

a Lips. l. 1. de Constant. c. 15.
b Luc. c. 2. v. 27.
c Psal. 125. v. 6.
d Chrysostom. tom. 1. in psalm. 125. mihi pag. 981.
e Vita Alvarez. c. 40. §. 1.
f Deuter. c. 1. v. 27. & 28.
g Actor. c. 14. v. 21.
h 2. Corinth. c. 6. v. 2.

CAPVT II.

Quare discipuli in hoc gymnasio tam duriter, & aspere habeantur.

MOtu & agitatione plurima conservantur, alioqui peritura. Frumentum nisi ventilemus, cito corrumpitur; non raro cum situm ducit, alas acquirit, & evolat. Vestis perpetuo cistarum carcere damnata tineis fit cibus. a Ferrum si nullo teratur usu, rubigine deterritur, & vires perdit. Vites nisi putentur, in silvam degenerant. Vuæ nisi torculari premantur, putrescunt. Centena talia capiemus, nec fidem negamus experientiæ. Nihilominus miramur, & ægrè ferimus, homines à Deo tot tamque variis calamitatibus terreri & agitari. Diximus priori capite, sic oportere fieri: Nunc porrò dicemus, sic optimè fieri.

a Horat. l. 2. ser. 3. Stragula, vestis, blattarum ac tinearum epula putrescit in arca.

§. I.

CVr suos Deus non in paradiso, sed è contra in paradisum, transferri decreverit, frequentias causas est assignare. Hic ego ipsam ideo hominum consuetudinem interrogo. Si quis inhonestum domum odium non conciperit à plaga, aut inde per scalas præcipitaretur, multo minus domum illam detestabitur, si pro gratissimo hospite in ea habeatur: Ita prorsus si paullo nobis suavius esset in hoc Orbe cælestes delitias vix ullus ambiret. Millesimus quisque diceret. Bene mihi est, quid ultra cupiam voluptatem incertam? Hic plurimorum sensus foret: epulis & voluptatibus suis ebrij, nauseârent cælum: velut boves à suo prato lætati, ibi procumbunt, ubi pascuntur. Ideo felle miscenda erant omnia, ne nisi Mundi pro summis delitijs haberentur. Cur, oro, Hebræi tam inimicam experti sunt Ægyptum? siquidem inimicissimi erant præfecti, labor geminatus, flagella perpetuo intentata, & insuper necandi erant eorum parvuli. Quid voluit his Deus? Ægypti & vicinissæ idololatriæ ingens apud suos tædium & odium conciliare. Eo spectabant Mosis exhortationes ad terras fertilissimas desiderandas. Eo permissum fuit Pharao, ut populus Hebræus, odio tam feroci Domini aliam sibi patriam indagaret.

Pulchrè dixit Gregorius: Pio Dei consilio agitur, ut hujus peregrinationis tempore electorum vita turbetur. Via est vita præsens, qua ad patriam tendimus: & idcirco hic occulto judicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus. a Viator, præsertim lassus ac defessus in amœnis pratis, sub umbrosis arboribus, in opacis nemoribus facillimè detineri se patitur, usque & usque moras nectit: modo hic, modo illic sedetur, dum diem amittit. Addit Gregorius: Electis ergo suis ad se pergentibus Dominus hujus Mundi iter asperum facit, ne dum quisque præsentis vitæ requie, quasi amœnitate viæ pascitur, magis eam diu pergere quam citius pervenire delectetur: ne dum oblectatur in via, obliviscatur quod desiderabat in patria.

Quemadmodum vero divinum amorem sitivit, vel primoribus labris gustasse, quàm suavis sit Dominus, ita prorsus delibasse nonnihil quanta eorum rerum sit amarities, in earumdem odium non leviter impellet. Atque hoc agit afflictio, abscindens Mundi fundum patrigij, spinas pedibus substernit, ut ad contemptum eundem impellat. Eleganter Augustinus: O infelicitas, inquit, generis humani! Amarus est Mundus, & diligitur; putas, si dulcis esset, qualiter amaretur? Turbatur, & tamen amatur: quid si tranquillus esset? Flores Mundi quomodo colligeres, qui à spinis non revocas manum? Eiusdem animi Chrysostomus: Si ait, cum nos undique

vndique tristia circumeunt, tam libenter præsenti vitæ immoramur, si nihil horum esset, quando vnquam futura desideraremus? Adeo cæco nostri amore fatiscimus, vt pro sanitate pharmacum, pro termino viam, pro conditore res conditas amemus. Hinc Deus prudens cogitur, calices ingerere amaritiei, ne poscam & absinthium pro nectare bibamus, & ne cælo præferamus terram.

a *Greg. l. 23. mor. c. 13 post. med.*
b *Aug. to. 10. ser. 125 de Temp. circa med.*
c *Chrys. hom. 6 ad pop. Antioch.*

§. II.

AVreus ille, quem dixi, orator Chrysostomus, decem rationibus illud egregiè asserit, *Vtile esse affligi.* Quæ in re illud peculiare satis hic cogitandum, ab intelligentia humana nec tenuissimâ quidem vmbrâ diuinæ Maiestatis capi. Reges nobis & Cæsares imaginamur, cùm DEVM cogitamus. Ah quam viles, quam & puerilis sunt vel sublimissimæ cogitationes nostræ. Atque hanc variæ tenor Sapientiæ vox est: Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.a Adeo immensa Dei Maiestas est, vt diuino aspectu nemo dignus haberi possit, nisi calamitatibus variis exercitatissimus velut generosus & fortis athleta, cui præmium non debetur, nisi post certamina. Ad rem dixit Nicetas Choniates: Is solum miser est, qui in afflictione constitutus [illegible] tristatur, & Deo non se dignum præbet.

Hancce serio iam pene cæcus, vt filium attactu exploret: *Accede ad me*, inquit, *vt tangam te fili mi*, & probem vtrum tu sis filius meus. b Vix aliter Deus: Tangendus es, mi fili; calidas quidem manus habeo, & vrunt, sed si filius meus es, patieris te tangi, qui vri non vult, meus non est, me indignus est. Vnigenitum filium meum in crucem agi passus sum, & inueni eum dignum me; nec fere minus egi cum Matre Virgine, in cuius pectore gladium doloris defixi, plurimis annis indesinenter & inueni eam dignam me: nec certè hactenus mihi amicissimos aliter tractaui, & inueni eos me dignos. Et quid tu iam, calami vis hoc [illegible], & esse singularis; Si exceptus es à supplicio flagellorum, deletus es è numero filiorum. Sic ergo filios meos exerceo; sic excrucio, etiam honoro. Opulentior certè fuit & honoratior Ioseph in exilio, quam in paterna domo. Ezechiel captiuorum medius, cælestibus ostensis exhilaratus est. Tribus Hebræis iuuenibus nunquam somnus fuit, quam in flammarum cogitatione: nihil iis vnquam honorificentius contigit, quam in mediis ignibus habere socium aspectabilem angelum. Quisquis igitur inter Dei filios vult numerari, generosis vocibus se talem monstret, dicat impauidus: Affligor, sed patienter bene est. Torqueor, sed pro Christo libenter dulce est. Calumniis & falsis accusationibus obruor, sed pro Deo hilariter: suaue est. Vincior & vror, sed pro cælo fortiter: optabile est, non quod ignis me non vrat, sed quod non vincat. Malo me Deus in castris suis, quam in deliciis hic habeat. Scio mactandas vitulas ad pascua libere dimitti, saginandas iugo premi. Castigans castigabit me Dominus, & morti non tradet me. c Ita sentire, ita & loqui decet Christianum athletam.

a *Sap. c. 3. v. 5.*
b *Gen. c. 27. v. 21.*
c *Ps. 117. v. 18.*

§. III.

ATque vt hoc probius explicemus, ita ratiocinamur. Supremum elementum Ignis tantæ nobilitatis, sed & roboris tanti est, vt quidquid comprehendit ac suum facit pannum, corium, ligna ipsos etiam silices redigat in cineres, perinde si dicat: ea mihi est innata generositas, vt hæc vilia omnia in gremium meum non admittam: neque enim inuenio illa me digna; sed da argentum, da aurum, metallorum nobilissima, his non noceo, hæc gremio meo digna, hæc purgo, & nitidiora reddo, ista scilicet inuenio me digna. Tantæ ignis iam inter res creatas eminet, vt in amplexum non recipiat nisi sui dignissima. quid de Deo sentiemus? Malachias admirabundus: Quis poterit cogitare, inquit, diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & emundans argentum, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum. *Sedebit conflans*, neque enim lucubrando, & cibitet, sed accuratè argentum atque aurum in pristinos nitores reuocans. Tentauit illos eos, & inuenit illos dignos se.

Hoc DEVS triplici fine agit. Nam quos affligit, hos aut castigat & punit, aut corrigit & emendat, aut denique remuneratur & coronat. Primum quid minimè à Deo quotidie petas? nos & corrige quotidie delinquimus, septies enim in die cadit iustus. a Quare Deus humanam industriam imitatur, hæc vbi æs alienum confare refugit, omne nomen præsenti pecunia expedit: ita Deus quotidianis poenis, miserijs quotidianis expiat. Et hoc magni fauoris est. Nam dum iudicamur, à Domino corripimur, vt non cum hoc Mundo damnemur. b Hebræos rex Dauid: Priusquam, ait, humiliarer, ego deliqui. c Vbi noxa, ibi poena.

Alter Dei finis est, cum afflictione nos docet & corrigit. Seipsum certamque suppellectilem suam nosse, maximæ felicitatis est. Atqui notitiam hanc inter aduersa commodissimè docemur. Gregorius dilucidè: Dum cæteris, atque percutimur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictique reuocamur, & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus, dolemus. d Gigas ille Goliathus in duello cecidit, lapillo deiectus, quia se inuincibilem credidit. Petrus promissa animosissimus paratum se aiebat & carceres & mortem pro Domino tolerare. Ergo adsis, mi Petre, & sesquihorula excubias age. Ah, qualis excubitor! vix à statione discessit (?) abijt, & miles hic stertere cœpit. O vigilem Præfectum! in excubijs dormit, dein fugit & stationem deserit, ad ancillulæ vocem arma proijcit, & militem se negat capitaneus. Sed hac ratione Petrus se nosse didicit. Augustino teste, profectò nobis per tentationem fit, nec quisquam sibi innotescit, nisi tentatus. e Ignem in saxi venis latere quis sciret, nisi eum chalybe [illegible]!

Denique, coronat etiam Deus affligendo. Gregorius id obseruans: Cum innocens, inquit, flagello atteritur, ei per patientiam, meritorum summa cumulatur. Electorum anima tunc marcescit, quia in illa postmodum æterna exultatione viridescunt, inde eos dies afflictionis possident, quia dies lætitiæ post sequuntur. f Hoc ipsum diuinus præco pronunciat: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. g Neque ideo tantum affligimur, vt futura præmia paremus, sed ipsa quandoque afflictio præmium est.

Iustus Lipsius, sol eruditorum nostri; & quod de Plinio scribunt, eruditionis facilè princeps, ita Musas coluit, vt pietatem non tantum non neglexerit, sed Musis eam omnibus prætulerit. Annis compluribus octauo quoque die apud Leonardum Lessium Societatis IESV Theologum conscientiæ naeuos abstersit, eamque constanter quam cœpit institit expiandi rationem. Quid præmij à Deo accepit? Hoc ipsum quod nos supplicium nominamus. Habuit Lipsius bibliothecam vndequaque lectissimam, quæ librorum florem possideret. Nam ex omnibus Orbis partibus, quicquid rarioris ac venustioris literaturæ pretio & precibus nancisci potuit, in hoc gazophylacium redegit. Sic optimorum voluminum thesaurus ingens, & contra omne aurum æstimandus in vnam domum confluxit. Nec habuit Lipsius extra cælum quod ardentius amaret quam literarias has delicias. Dixisses cor omne Lipsi, in bibliotheca illa abditum sepultum. Sed ò fatum, Deus, acerbum! Quod maxima cura, quod annis pluribus studiosissimè congestum est, id omne subitus ignis vnica rapina sustulit. Heu, dolor! Maluisset, credo, Lipsius seipsum perdere, quam has suas longè sibi charissimas. Sed hic Dei mos est, hæc illius sacra præmia, quibus virtutem in hoc Orbe remuneratur. Atque hoc etiam fauore interpretandum est. Sic Deus cum amicissimis agit: aut enim quod illis charissimum est aufert, aut quod immaniter precibus postulatum est negat. Est sciendum, qui velut Deo persuasurus, ne suas sibi delicias auferat. O domine, inquit, affligo me prout vis, hoc solum quod postulo, concede; aut hoc vnum quod sic amo, non eripe. Surdus est hic Deus; charissima tollit, delicatissima non concedit, atque sic ipsum cor hominis confringit. Et hæc gratia, hoc Dei præmium est. Sic Angelus Tobiam solatur. Quia, inquit, acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. h Perinde si dixisset: Vbi virtus, ibi & virtutis præmium afflictio. Afflictus est, quisquis Deo charus est.

a Prou. c. 24. v. 16.

b 1. Cor.

b 2. Cor. 11. v. 32.
c Ps. 11. v. 66.
d Gregor. part. 3. pastor. admonit. 18. fine.
e August. in psal. 60.
f Gregor. præfatione in Iob c. 3. med. & l. 10. Moral. c. 20. post med.
g Iacobi c. 1. v. 12.
h Tob. c. 12. v. 13.

§. IV.

AT subinde Deus calamitates immittit, non ut noxas puniat, aut errantes corrigat, nec ut virtutem exigat, sed ut potentiam suam ostendat. De cæco apertè Servator: Neque hic peccavit, neque parentes eius, inquit, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Qua hoc æquitate, dixerit aliquis, an fas esse censeam alterum spoliare, ut me vestiam? Respondemus, Ius duplex statui; ius strictum, rigidum, summum, Theologis *Condignum* dicitur: & ius mitigatum, cum quid bona fide decernitur. Sint igitur etiamsi homines Hieremiæ, Danieles, Baptistæ, moribus integerrimis, nihilominus Deus iure stricto punire hos potest, quandoquidem nota primigenia, & inhærentis peccati contagio, præcessit, quæ quidem miseriarum omnium scaturigo est. Per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, & per peccatum Mors: sed non sola; comites ea habuit calamitates innumeras. Igitur post præmissam labem nativam potest Deus æquissime, *b* & omnibus satis agentibus seruatis, vel innocentissimos quibuscunque suppliciis non exterminantibus (*de Condigno*) afficere. Hinc & infantes plurimi morbis ac morte puniuntur. Quanto autem iam magis puniendi sumus, cum naturæ etiam nostræ sceleribus augemus? Deinde, si pariat Deus subtrahendo ea quæ alioqui solitus est concedere, victum, valetudinem, facultates, & si quis hæc mala sibi adempta conquereretur, institutionem Deus responderit: Nihil tibi debeo, quod hactenus dederim, tu mitissimam interpretare gratiam: dona mea sunt gratuita. Nunc illa subtraho, ut scias a me fuisse, nec me tibi quidquam obligatum. Hactenus in te liberalis fui; si nolim esse amplius, qua lege contra me agis? An non licet mihi quod volo, facere? Amice non facio tibi iniuriam: tolle quod tuum est & vade. *c* Hanc numinis æquitatem Augustinus explicans: *d* Subtrahit nobis aliquando, inquit, quæ necessaria sunt, & atterit nos: ut sciamus, quia pater dominus est, non solum blandiens, sed & flagellans. Et quis iniuriosum vel levissimum hic obiecerit? Principis arbitrium est, huic equum, huic torquem, huic præfecturam, huic nihil donare. Sed ista defuerint nobis vitæ necessaria, nihil tamen iniuriæ inferentur, si ea Deus ob solum maiestatis suæ honorem adimeret, quid queritaret, subditi sumus, & ab opere clientelæ nequaquam immunes. Illos solum exemptos dicerem, qui in labore hominum non sunt, nec cum hominibus flagellabuntur. *e*

Nec nescimus vitam chariorem esse valetudine, pecuniis, honore: Cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. *f* Atqui Martyres testando in Christum amori, vitam impendebant alacerrime; & nos eandem ob causam minora negabimus? Deinde, quod hoc genus est iniuriæ, si cui deponi ac detrectetur palliolum, asinatur, & detur novum atque melius? non nisi insanus reclamabit, nec minus sanus sit qui pileum nobilem sic æstimet, ut quinquaginta pro eo philippeos reiiceat. Deus valetudinem, opes, dignitatem eripit, et tanto plus reddat gratiæ, plus gloriæ, quid hoc iniuriæ? Ea de causa beatus Iacobus hortatur: Omne gaudium existimate, fratres mei, si in tentationes varias incideritis. *g* Optima commutatio, res fluxas æternis commutare.

Ignatius Antiochenus præsul eo ardebat patiendi desiderio, ut animose diceret: Ignis, crux, bestiæ, ossium confractio, membrorum divisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantum Christo fruar. Nempe res maximi quæstus est, sic lucrum facere.

a *Præsupponendo a præscienti Dei decreto, & absolute loquendo, non de pœna culpæ, sed de pœnalitatibus, ut distinguunt Theol. Vide Vasquez, tomo 2. in 3. partem S. Thomæ q. 69. disp. 156. de Baptismo c. 3.*
b *Matth. c. 20. v. 15.*
c *August. in tom. 8. in psal. 62. mihi pag. 260.*
d *Psal. 72. v. 5.*

a Iob. c. 2. v. 4.
b Luc. 1. v. 6.

§. V.

Refert Ioannes Climacus rem miram in monasterio à se suis & oculis & auribus obseruatam. Erat illius monasterij oeconomus, vir modestis prorsus moribus ingenij, vt quis alius. In hunc coenobij pater grauissimè inuectus, cum velut caeterorum consortio indignum è templo iussit eijci. Climacus secreto alloquio abbatem conueniens, tam leuis hominis innocentiam imperfectè commendare coepit. Cui abbas prudenter: Scio, ait, mi pater, oeconomum nostrum, virum esse religiosum ac probum, neque hactenus id vnquam commisisse, quod tam mordaci aceto sit eluendum. Sed nosti, nemini esse tam crudelem & barbarum ex infantis ore aut manu panem rapere: ita & coenobiarcham esse nequissimum nec alijs aequum censeas, cui cura non sit suos singulis bona adauctiua in caelo praemium obtinendum ... quacunque demum id fiat ratione, siue reprehensionibus, siue contumelijs, siue ludibrijs, seu accusationibus. Virtus aduersa aegritudine crescit, valetur virtutis, inter iniurias ... inter miserias fortis; Virtus sine aduersario marcet. Religiosus ergo Praeses, qui harum negligens est, hoc quidem tolerantiae praemio priuat, illustratem exemplum patientiae subtrahit, illis denique ansam praebet superbiendi, cum illis desit exercitium eorundem modestiae; vti terra etiam fertilissima infelix lolium immittunt, si cultura cesset, aut non pluat atque irrigetur. Quod si coenobiarcha tam ac sedulo facit, quando insontes etiam etiam contumelijs exercet, aut amplissimi monasterij pater, orbis gubernator Deus, qui oceano & Caelo velut magnis classem conditor magnalium suam, Cur hic, inquam, Magnus pater iniquè faciat, si filios suos, fame, morbis, egestate, iniuria exerceat? Optimâ ratiocinatio. Et certè Virtus sine aduersario marcet. Vel hoc Quinti Metelli tam grauis, tam etiam alta in senatu sententia commendabit. Metellus deuicta Carthagine, in frequenti senatu: Nescire se, aiebat, bonum plus an mali Reipublicae attulisset illa victoria, quoniam vt pacem restituendo profuisset, ita Hannibalem submouendo, aliquid nocuisset. Eius enim transitu in Italiam, dormientem populi Romani virtutem excitatam dicebat: metuique debere, ne acri aemulo libera, in eundem somnum reuolueretur. In aequo igitur malorum posuit vri tecta, vastari agros, exhauriri aerarium, & prisci roboris hebetari neruos. b

En oraculum longè certissimum Virtus sine aduersario marcet: sine cruce dormitat Patientia. Ergo salue ô pretiosa crux, c quam noctem ... quae speculum opponis, vt nos ipsos discamus noscere, quae in theatrum producis ad exhibendam patientiae specimen, quae coronas non nauales, non obsidionales, non ciuicas, non murales, non castrenses sed caelestes porrigis, quae ad omnigenam nos virtutem erudis, quae deducis ad DEUM. O ergo Domine hic punge, hic vre, hic seca, hic lacera, vt in aeternum parcas. Atque vbi deinceps amarior nobis calix ingruerit, quaerentique: Potestis bibere calicem? d Animosè respondebimus: Possumus, possumus, diuinis freti viribus, non nostris. Neque vero maior est seruus Domino suo. e Si Ioab dux belli sub pellibus degat, turpe prorsus erit Vriam domi suae molli lectulo decumbere. f Turpissimum, sub capite cruento & spinis coronato, membra delicata, rosis & amaracis decorata cinnamomum & balsamum olere.

Nostrum igitur est, exactè scire, Deo certas esse causas, cur discipulos suos in schola sua exagitet, virgis feriat, doloribus premat, & pressos asperè tractet. Illa plagis ad beatam immortalitatem erudimur: haec iterum ad vitam sempiternam. Non itaque, ait Augustinus, in flagello deficiamus, vt in Resurrectione gaudeamus. g

a Climac. grado 4. ante med. mihi pag. 57.
b Valer. lib 7. c. 2 post init.
c Beati Andreae verba.
d Matth. c. 20. v. 22.
e Ioan. c. 15. v. 15.
f 2. Reg. c. 11. v. 11.
g Aug. in 20. de Verbis Dom. ser. 25. c. 3.

CA-

CAPVT III.

Cur discipulorum aliqui plus aliis in hoc gymnasio vexentur.

VEtus discipulorum in scholis, & civium in civitatibus querela est, alios plus aliis exagitari, hos plurimum indulgeri, adeo illos corvos dimitti, censuram columbulas vexari. Non rarò hoc fieri, civibus æqualis esse videndum esse videri, cum tamen immorigeri, contumaces, ac refractarij plerumque plus favoris obtineant & præmij, quam optimus quisque. Non pridem hac de re conquesti sunt, & quidem sanctissimi viri. Hieremias vates: Quare, inquit, via impiorum prosperatur? bene est omnibus qui prævaricantur, & iniquè agunt. a Iobus de eadem conquestus: Quare, ait, impij vivunt? sublevati sunt, confortatique divitijs. b His non minus queritur propheta Habacuc & dum propemodum expostulat, hoc modo: Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? c Sanctissimus rex David in has ipsas querelas devolutus: Mei autem penè moti sunt pedes, inquit, penè effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. Et dixi; ergo sine causa iustificavi cor meum. d Frustra virtutem colimus, si nequitia virtute sit potentior, si amplioribus præmijs ornetur vitium quam virtus.

Sanctissimi quique hominum hoc *Sacco* sæpius includuntur, non enim solum sentiunt mala, sed advertunt pericula, æstimant animi damna, non ignorant cacodæmonis insidias, intelligunt quanti sit excidere divina gratia, & Deum habere adversarium. Cum igitur solatijs divinis destituuntur, verentur ne fortè divinis etiam favoribus exclusi sint. Hac ratione in *Sacco* sunt, diversis mœroribus angustiati. Hanc etiam ob causam rex David sic fatur lachrymans: Deus repulisti nos, & destruxisti nos. Ostendisti populo tuo dura; potasti nos vino compunctionis. *e* O Domine, meram meracam nobis absinthij propinas è tua cella, ô potum siccissimum!

Haud aliæ sunt Ezechielis voces: Angustia superveniente requirent pacem, & non erit. Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum. *f* Calamitates scilicet è calamitatibus nascentur, nihil usquam quietis, in *Sacco* erimus. Iobus, si quispiam hunc *Saccum*, seu calamitatem circumdatam expertus: Ego ille quondam opulentus, inquit, repentè contritus sum: tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum. Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnere super vulnus. *g* Patientissimus

sensisse vir ille, verè in Sacco fuit: sed ex ipsa manifestum, quantum in Patientiæ gymnasio profecisset: certè iam non inter discipulos, sed magistros nominandus.

Quisquis hoc cladium acervo premitur, & Sacco se inclusum ingemiscit, alta memoria premat hæc duo.

Primum est: Nosse, in gymnasio Patientiæ locum esse, cui nomen *Infernus*, & eò Deum consuesse suos mittere, *Sacco* includendos. Nihil *hoc novum est*, *sed* divini favoris signum est, & amplioris causa *præmij*. Sed nec æternus est *infernus iste*, neque hic *Saccus* omnibus horis aut seculis gestandus. Deus est, qui *deducit ad inferos, & reducit*. b

Alterum est: Vult omnino Deus, ut spem fiduciamque in se collocemus tum maximè cùm res videntur desperatissimæ. Inscriptio psalmi quadragesimi primi est: *Intellectus filijs Core*, sive, *Canticum eruditionis*, siquidem docet, tunc potissimùm sperandum, cum penè nil spei affulget. Hinc illud plus simplici vice ingerit: *Spera in Deo*. Quid varijs angoribus consumeris? quid fortunarum metu cruciaris? quid ad omnem malignitatis auram trepidas? Spera in Deo, modicæ fidei ac spei homo, spera in Deo. Spes hæc nec falli potest, nec fallere.

Philo Hebræus cum alijs sui generis apud Caium Caligulam Imperatorem ab Appione accusabatur, quod divinos honores Cæsari non tribuisset. Cumque iam etiam antè deiectus esset, dixit ad socios: Bono animo nos esse oportet, tametsi Caius irritatus sit nobis: quia necesse est adesse divinam, ubi humanum cessat auxilium. i

Quod si divinum etiam auxilium cunctari videatur, cum Iosaphato rege opportunissimè precabimur in hunc modum. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te Deus. k Modo animi oculos nunquam avertamus à Deo. [illegible], hic tamdiu hero suo assidet, movet, mulcet, & blando oculo flagitat, dum impetret, ita nos inclusi *Sacco*, varijs ærumnis pressi, divinam opem tamdiu flagitemus, dum impetremus. Discent: auxilio humano? necesse est, ut Philo loquitur, adesse divina.

Olim cum omnes vitæ nostræ periodos v-na aspicio curarum, succlamor quod olim dixit Themistocles: Perieramus, ò pueri, nisi periissemus. Profecto plurimos naufragium servat, naufragaturos certo, ni minus naufragium præcessisset. Quare, animo simus erecto, & vel in *Sacco* esse, dulce patimur pro Christo. Breui pro se quisque cantabit felix: Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. l

a *Vide Nicol. Trigautij triumphos apud Iaponas, mihi pag. 158. 159.*

b *Seneca. l. de Providen. c. 3. Valer. l. 9. c. 2. Emedi. & alibi Gellius l. 16. Noct. Att. c. 4.*

c 1 *Reg. c. 22. v. 27.*

d *Psal.* 41. *v.* 8. 9. 10.

e *Ps.* 59. *v.* 1. & 5.

f *Ezech. c.* 7. *v.* 25. & 26.

g *Iob. c.* 16. *v.* 14. & 15.

h *Tob. c.* 13. *v.* 2.

i *Euseb. l.* 2. *hist. Eccles. c.* 5.

k 2 *Paral. c.* 20. *v.* 12.

l *Psal.* 29. *v.* 12.

CAPVT V.

Quæ potissimum culpæ, in Patientiæ gymnasio cavendæ sint.

OBiecit quis Bioni philosopho, quod adolescentem, quem maximè volebat, suæ sententiæ subijcere non potuerit. Cui Bion: Mi Deus, inquit, mirari desine; adolescens ille tenellus caseus est, nec hamo attrahitur. a Quo dicto prudenter significavit, delicatos pueros parum aptos esse studijs. Verùm quidem caseus non una vitio laborat, sed tener recensque multo pluribus, cui quosdam è scholasticis non iniquè comparem. Siquidem in turba complurium discipulorum aliquos reperire est, qui, ut caseus recens, vitiorum divites, confusi è dolis & fallacijs, nil æquè sciunt, ac fallere. Argus sit magister, non tamen omnes eorum astus deprehendet. Omnia scholasticorum vitia recensere infinitum foret. In compendium ea mitto, & in digitos. Octo potissimum in scholis culpæ à discipulis admittuntur. Totidem ferè sive noxas, sive nequitias in Patientiæ gym-

gymnasio discipuli parum morigeri committuntur.

Illæ numerantur.

1. Nescire præscripta.
2. Garrire ac fabulari.
3. Scriptionis pensum non habere.
4. Abesse sine causa.
5. Rixari, aut discipulos percutere.
6. Plangere, dormire, aut nugas tractare, dum veterum scripta prælegantur.
7. Simulare morbum.
8. Mentiri, aut correptum obmurmurare.

Hæc octo sunt piacula, in Patientiæ gymnasio nunquam toleranda. Has octo noxias culpas, brevissimè nunc eo explicabimus, ut caveamus.

a *Laertius in l. 4. c. 7.*

§. I.

PRima in scholis culpa, *Nescire prædicta*, aut tantum simulare se scire. Iam nota sunt magistri verba: *Recita, puer, recita*. At discipulus docta ignorantia illud mussitat: *Nescio*. Aut oscitanter incipere, & tertio quoque verbo hærere, libellum furtim inspicere, quædam omittere, plura corrumpere. Atqui sanè hoc nescire est.

Religiosissimum ille scriptor Christum ita loquentem facit. Dupliciter soleo electos meos visitare, tentatione scilicet & consolatione. Et duas lectiones eis quotidie lego, unam increpando eorum vitia, alteram, exhortando ad virtutum incrementa. a Ita Christus solet prælegere. Sed quando recitandæ sunt prælectiones illæ? Vesperi potissimum cum forum conscientiæ subeundum est examen. Hic præceptor imperat: Recita, Recita, quo plus hodie factus es melior quam heri? quam virtutem didicisti? quem animi nævum correxisti, quod vitium tuum conatus es dediscere? Recita, Recita, & excute memoriam.

Non tantum hominum religiosorum est; sed quorumlibet aliorum, sua dicta, facta, cogitata per diem diligentissimè recognoscere. Hoc etiam Annæus Seneca, hoc etiam Papirius Sextius, hoc alii, iubente ratione fecerunt. b Hoc viri sanctissimi exemplo suo docuerunt: hic hodieque mos est piorum hominum in seipsum quotidie diligenter inquirere, & omnes conscientiæ latebras explorare.

Et sane id dictat ratio, prius placare Deum per diem offensum, quam oculis somnum, ut si super sociandus sit morti (quod procul [illegible] incertissimum) non ad mortem dormiendam accedam. Et quam hoc rationi consentaneum est, quot diebus Conditori vel semel saltem, de beneficiis agere gratias, admissas deprecari culpas, statuere deinceps cautius, emendatius, castius & cogitare, & loqui, & agere. Magis pecus est quam homo, qui omnia ista negligit, & in plumas se abiicit, cum sibi Deum nec verbulo conciliarit.

Ergo, mi Christiane, recita, recita, de præterito die conscientiam examina. Prælectio nescit, qui somno se tradit, nec prius cum Deo agit.

At plerique recitat discipulus, sed malè, & verba terit. Hoc ii faciunt, qui conscientiam quidem inspiciunt, aut pectus feriunt, sed piscatoriam cogitationem; ita [illegible] verba [illegible] Exemplo rem monstramus. Est qui dominicam precationem sic recitet: *Pater noster qui es in cælis*. Mens interim quærit, quid domi sit in culina, quid in cella, quid in horreo? *Sanctificetur nomen tuum*. Animus addit: quid contempsi hac hebdomade notatus sum. *Adveniat regnum tuum*. Mira res, nec dum bellis finem ullum apparere! *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*. Pauperem rigidè me tractat; si dives essem, [illegible] emergerem; ita nunc misere, & contemnor.

O Christiani, quæ hæc oratio est? hoc verba terere; hoc prælectio nescire, hoc pessimè recitare est. At vero crucem nemo bene precatur, qui orat malè. Videte mihi regem impiissimum sed demum resipiscentem Manassen. *Qui postquam coangustatus est, oravit Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valde, deprecatusque est Deum, & obsecravit intentè*. c Hoc sane vult Deum, sanè vult rogari & observari.

a *Thom. de Kemp. l. 3. c. 3. fine.*

b *Vide Trismegistum nostrum l. 1. de Examine conscientiæ, per plura capita.*

c *2. Paral. c. 33. v. 12.*

§. II.

§. II.

ALtera in scholis culpa est, *Garrire, ac fabulari*. Quid hoc aliud est, quam à rebus crucem solatiola, ac oblectatiunculas emendicare, & coram hominum aures [illegible] querelas terere, à quibus nec consilium speres, nec auxilium. Imperitissimi medicorum est, & artis suæ minimè gnarus, qui gyrgatoriis [illegible] mendicando, quid hunc largè illius expectet? [illegible] hic habitat, & [illegible] mendicabula numerus. A mendicis autem mendicare [illegible] & [illegible]. Dominum adit, ad mendice, adi; hic clama, hic pulsa: opulentior dominus est & eius beneuolentia largiores dare poterit sportulas? quam contra [illegible] tribus tugurio.

Ita prorsus plurimi errant, qui sperant calamitates & afflictiones vanissimis oblectatiunculis tollendas. Cum ægrè illis est, socios sibi adiungunt, symposia instruunt, comessatis & choreas adeunt, tempus fabulatiunculis & lusibus fallunt, horas optimas [illegible] [illegible] confabulationibus consumunt, ita [illegible] [illegible] necessaria succedant.

O miseri! Ægrotus in ligneo lecto an in aureo collocetur, quantumque illum transtulerimus, morbum suum secum transferet. Fundamentum pacatæ mentis est, *Vanis non gaudere*. Hilaritates istæ non implent pectus sed [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] nec afflictionibus à solido medeni possunt. Profusè enim effunge voluptas & carbida, nec tollit morbum, sed auget.

Non enim gazæ, neque consularis
Summouet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes. a

Solidum gaudium ex bona conscientia est. Nam neque peregrinatio, nec locorum varietas tristitiam graviter cuique mentis discutit. Animus mutandus est, non cælum. Quocunque peruenerimus, nostra nos vitia sequuntur. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait: Quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse; cum te ipsum circumferas? Premit te eadem causa, quæ expulit. Quid terrarum iuuare nouitas potest? quid cognitio urbium aut locorum? in irritum cedit ista iactatio. Quæris, quare te fuga ista non adiuuet? Tecum fugis. Onus animi deponendum est. Non ante tibi vllus placebit locus. Ubique viuere recta luce positum est. b

Itaque his oblectatiunculis dolor aliquantisper sopitur, & silet, sed hinc acrius reuiviscit; sic experiant ægri [illegible], quanta [illegible] ex intervallo scatebitur. Iobus solamen tam vanum petentes: Audiui frequenter, inquit, consolatores onerosi omnes vos estis. Idem de rebus creatis dixeris: Onerosi consolatores sunt. Quid ergo confabulatiunculis vanissimis nos palpamus quid rerum conditarum opem imploramus, cum ipse conditor se verè consolatorem asserat: Ego, ego ipse, inquit, consolabor vos. c Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. d Mittamus igitur vana solatia, si sapimus; imo et sapiamus, & ad patientiam perfectam tota viribus tendamus.

a *Horat. l. 2. carm. ode 16.*
b *Senec. epist. 28.*
c *Isa. c. 51. v. 12.*
d *Matth. c. 11. v. 28.*

§. III.

TErtia in hoc generalis culpa, *Scripturis pensum non habere*.

In eam rem sollicitus pater sic adhortatur filium:

Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras
Maiorum leges —— e

Quis autem hic aliud scripsio tempore ediscendum, nisi Praesentariam bellicosoribus est admonet & parandum ad futura, ut vitales improuisa male opprimat importunos. Annon prudentissimè monet: In ipsa securitate animus ad difficilia se præparet. Miles decurrit, & sine vllo hoste, vallum iacit & superuacuo labore lassatur. Ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerce. Non deprehendat eos calamitas imparatos.

Tres Apostoli ad montem Oliuetum à magistro non simplici tantum obtestatione monitos fuere. Quid hi? Rem gladio decernendam censebant, cum quid orandum; fugiebant cum standum; dormiebant, cum vigilandum; [illegible] cum precandum esset. Non si [illegible]-

nis pararent, quantumuis Christus sollicitè hortatus sit: Vigilate, & orate ut non intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. c At illi nec orarunt, nec vigilarunt. Sic imparatos turba satellitum inuenit.

Siracides præmeditationem hanc tam pridem commendauit: Fili, ait, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. d Nam [illegible] plus aggrauant, & nouitas grandè pondus calamitati adijcit. Quicquid expectatum est diu, lenius accedit. Ideo nihil inopinatum esse debet; in omnia præmittendus est animus, cogitandumque non quidquid fieri solet, sed quidquid fieri potest.

Itaque formetur animus ad intellectum patientiamque fortis suæ, & sciat sibi posse contingere, alteri quidquid contigit. Tranquillo igitur animo, quisquis discipulum agit in hac schola, sibi quam plurima esse patienda. Sol enim quis hyeme algere se miratur? num quis in mari nauseare? in vehiculo concuti? in via cœnosa collutulari? Fortis est animus, ad quæ præparatus venit. e

At sunt discipuli qui subinde scriptionem pensum dant, sed postrema fide: quidquid scripti magistro porrigere, id prius ab alio describunt. Hoc quoque inter Christianos hac ratione fit. Sunt quidam ignauiæ suæ tam fideles patroni, vt cum monentur, aut corriguntur, continuo falcem obijcere: Quid ego solus vapulo? neque hic, neque ille, nec ille calorem feruentiam aliter quam ego. Nec ille ludos si fieri sinit, impatiens est, nec ille hic [illegible] dormit: & illi etiam opponere se audent; nec illi omnium gentibus [illegible] adolescentur, idque merito. Cur mihi non liceat quod istis, & illis, cur ego vnus deterioris sim conditionis, quam alij?

O malum argumentum, & ô pessimè descriptum! Ita mores alienos quasi [illegible] exprimimus: si ad prauos, eosque nostris exprimimus, & in turba perditorum nos exempla componimus, & [illegible] docemur. O ridiculi. Quid aliena vitia impatientiæ nostræ patrocinantur? habemus perfectæ sanctitatis illustriora exempla quæ imitemur.

Inquit Paulus: Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram: multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus. Ergo & clades præmeditandæ, specimina virtutis nobiliora sunt imitanda.

a *Iuuenal. sat. 14. v. 15?.*
b *In annis per aliquot milliaria.*
c *Matth. c. 26. v. 41.*
d *Eccli. c. 2. v. 1.*
e *Vide quid hac de re, part. 3 c. 5. dicamus infra, vbi hoc suo loco, & fusius.*

§. IV.

QVarta culpa. *Abesse sine causa, & scholam deserere.* Quid hoc aliud, quam afflictiones fugere, sed modo minimè conce[illegible]so. Morbo mederi licet, sed remedijs legitimis. Licet ex mendicitate emergere, sed sine fallacijs & alienis iacturis: fas est dignitatem tueri, sed illam malè defendere impatientia, aut superbia. Fit nonnunquam vt pueri metu virgarum è scholis erumpant, & pallium in magistri manu relinquant: ita humiles gradum descendunt, sed Humilitatis ac modestiæ vestem abijciunt. O mi superbe Christiane, quam longè fuisset consultius, aliquid existimationis perdere, & Modestiam retinere.

Hortatur Petrus: Charissimi nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid contingat; sed communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione mysterij eius gaudeatis exsultantes. a Hoc monet: cum feruet afflictio, nolite peregrinari, & à Patientiæ gymnasio [illegible] afflictiones fugiendo [illegible]. Quod sapientissimè Pater ille significat: Multi, ait, quærunt tentationes subterfugere, & grauius incidunt. Per solam fugam non possumus vincere, sed per patientiam & veram humilitatem, omnibus hostibus efficimur fortiores.

Itaque, inquit Augustinus, qui hic non sua quærit, sed quæ Iesu Christi, labores passa [illegible] tientissimè tolerat, procellas fideliter expectat. Paratum est cor eius sperare in Domino, neque vllis tentationibus frangitur. f

Illud hac in re longè deterrimum est, cum

cum de morbis magi consuluntur: cum incantamenta cantantur, deunciantur [illegible], & variæ magicæ usurpantur. Neque vero hoc aliud est quam cacodæmonem suo honesto lenia medicum adhibere.

Ochozia impio regi Elias vates in os dixit: Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, a quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti, non descendes sed morte morieris. *d* Et vero etiam mortuus est. Dignum eo supplicium qui maleficiis artibus carminibusque sanitatem sibi propriam reddere voluit. Eleganter dixit Augustinus: Ubi homo ægrotat, & Deum quærit, magnum pietatis & sanitatis indicium est. *e*

a 1. *Pet.* c. 4. v. 12.
b *Thom. de Kemp.* l. 1. *de Imit. Christi* c. 13. n. 5.
c *Aug. in psal. post med. mihi pag.* 322.
d 4. *Reg.* c. 1. v. 16.
e *Aug. in ps.* 147. *post init. mihi p.* 893.

§. V.

QUinta culpa, *Rixari, aut conviciis plenis percutere.* Vitatum hoc crimen est in scholis; alterum ab altero pugnis salutari, siquidem hic impiorum epilogus frequens est, verberibus confirmare verba. Et inepticæ illæ voces audiantur: Nequissime proditor, tu causa es, quod cæsus sim, non geres hoc sceleris præmium a me spera. Ex Adamo vitiatam traduces sumus, aliorum accusationibus scipsos purgare, omnem culpam a se in alios verbis quam fortissimis amoliri.

Homini impatienti Mors semper in manu est, nec ei unquam deest, quod in litem & certamen trahat. Sæpe sunt levissima, propter quæ non leviter excandescimus, quasi ea quæ pectus irritant & impiam concitant. Minimis fortassisque rebus exacerbantur. Parum agilis est servus, mensa negligentius posita, aut ruga vestis destructa; mox ira & impatientia se prodit. Imo & vitrum aliquod, aut instrumentum, aut musica paries extiosæ fugata aut clavis ferri manibus elapsa, aut janua incubans clausa in caput non agit. Et quomodo contraria sunt atque maledicta, quorum aures nudi sibilis & fibulis offendit, & quomodo famam sinunque per-

peruntur, quibus ad istam mortem nihil obiter subtractum esse videatur? Aliorum male affectus nomine offenduntur, aliis ut spoliatum aliorum fidelitatis, aspectus, silentium, cujus interrogatio in furorem convertit, nunquam quam querela ingeneratur.

Nec continent se impatientia nostra quin tempestatem ac cœlum, quia tempestatis ac cœli dominum accusat. Jam immodicos imbres, jam frigoris molestiam, jam nimios æstus, jam hiemis pertinaciam queritur. Nam considerandus est ista legibus pereggi. Nimis certe non sufficimus, & exigui nobis videmur, propter quos cœlum aliter moveatur. Nihil natura in nostram injuriam fit, imo contra nihil non ad salutem. Sic frustra cum aere litigamus, si hiemantem negat, frustra terræ calamitatum, si segetes non ingerit, frustra brutis animantibus indignamur, si imperium nostrum detrectant, non minus frustra, & magis fatue alios accusamus, cum nobis male est. Quoties iactantur hæ voces: Ille scelus, ille ascelus ille, ille bipedum nequissimus hoc mihi malum miscuit, hoc mihi infortunium curavit, huic monstro cladem meam acceptam refero.

O ignari veritatis! quisque sibi calamitatis suæ auctor est, suæ quilibet faber fortunæ est: ipso & suum quisque vitium sibi imputet, non aliis. Hæc talibus Epictetus respondetur: Alium, inquit, accusare ob calamitatem suam, hominis est ineruditi: seipsum, ejus qui erudiri cœpit: Nec se, nec alium, eruditi. *a* Præclarissima virtus est, Accusatio sui ipsius, sed rarissima.

a *Epictet. Enchir.* c. 10.

§. VI.

SExta culpa, *Plagere, diu nimis, magna tractare, per fenestras prospicere.* Proprium puerorum est, talia notet, imagunculas & id genus crepundia nil nisi amare, & vero etiam lachrymis ea defendere. Grandis hoc magis in Patientiæ gymnasio, res fluxas & caducas tanto affectu deperire. Hinc illæ tot lacrymæ, hinc omnigeni dolores. Verissime dixit beatus Gregorius: Nunquam sine dolore amittitur, nisi quod sine amore possidetur. *a* Lubas

 facil.

facultates omnes, insuper decem liberos, imo & [illegible] amisisse dici potuit, adeo illum dolores & vlcera sibi exposuerunt, nihilominus [illegible] suo iam pene funeri superstites habuisset [illegible]: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. b Subiecit: [illegible] filium, ait Gregorius, [illegible] quæ sine dilectione possidebat. c

De hoc eodem egregie dixit Augustinus: His [illegible] & nudus. His [illegible] erat sanctus Iob. Nihil in domo [illegible] plenus erat sanctus Iob. Nihil in domo remanserat, omnia vno ictu perierant. [illegible] opulentus paullo ante videbatur: [illegible] in stercore sedet, à capite vsque ad pedes vermibus scatens. Quid illa miseria miserius? Quid interiore felicitate felicius? Perdiderat omnia illa, quæ dederat DEVS, sed habebat ipsum, omnia qui dederat, Deum. O Virum pauperem, & integrum! O fœdum, & pulchrum! O vulneratum, & sanum! O in stercore sedentem, & in cælo regnantem! Spectamus, gaudemus: vt imitemur, laboremus. Adiuuat certantem, qui certamen indixit. d

Sed vnde huic viro æs triplex circa pectus, vnde illa patientia tanta? Sine dolore perdebat, quod sine amore possederat. Dolorem videt, quod sine amore possederat. Dolorem [illegible] sed facile ferendum, amore ad [illegible] sed moderato. Sic liberos, sic sua tractabat, sed moderato, sic liberos, sic coniugem, sic & diuitias habuit, tanquam non vtique semper habiturus: & tanquam non futurus ob hoc miserior, si habere desineret.

Rebus creatis vti ac frui, non nimio tamen earum amore capi; hoc opus, hic labor. Ideo vociferamur [illegible] Nobis [illegible] Mortale est omne mortalium bonorum. e Quicquid est, cui dominus inscribitur, apud te est, tuum non est: nihil firmum infirmo, nihil fragili æternum & inuictum est. Tam necesse est perire quam perdere: & hoc ipsum si intelligimus, solatium est, æquo animo perdere, quod periturum est.

Quid ergo aduersus has amissiones auxilij inuenimus? Non nimiopere diligenda. Nobis [illegible] Animus Dei æmulator supra se [illegible] nihil infra se sibi abijciat: [illegible] se amiciat, [illegible] nobilem [illegible] impendat. Ah, vani [illegible] pulchra & sancta sectamur; [illegible] & [illegible] pupas amamus, & cum illa hæc nobis eripiuntur, grandi lachrymarum imbre [illegible] amus, ingenti scilicet dolore perdimus quod tanto amore possedimus. Minus amemus hæc terrena, cum possidemus; minus & dolebimus, cum perdemus. Quotidie hic amoris affectus subiugandus est, & vel Tarquinius in hortulo suo inambulans summa papauerum capita baculo decussit? si validiores hi affectibus [illegible] ad resistendum, & quam primum crescentes caput, supprimendi. Vt minus doleas, minus ama.

a Greg. l. 2. moral. c. 3. med.
b Iob 1. c. v. 21.
c Greg. l. 2. mor. c. 3. med.
d Aug. tom. 10. serm. 104. de Temp. mihi pag. 574.
e Psal. 51. v. 21.

§ VII.

SEptima culpa, *Simulare morbum.* Vsitatus scholasticorum dolus est, malle scilicet ægrotare quam serio laborare. Augustinus adolescentiæ suæ varie lusus, eosque deplorat: Tam illum puer, inquit, & tamen peccabam! habebam pila puer, & eo ludo impediebar, quo minus celeriter discerem litteras, [illegible] peccabam faciendo contra præcepta parentum & magistrorum. a Aulus Persius clamat [illegible] a magistro præscriptum, si quando, quod a magistro [illegible] oculos inungebat, & ægrotum se laborare fingebat. Aliquis fatetur ipse sic:

Sæpe oculos, memini, tangebam paruus oliuo,
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Discere —— b

Plurima fingunt pueri vt e scholis euadant. Cum ipsi eas negligant, excusationes [illegible] magistro obtrudant. [illegible] vt magister interrogaret patrem, cur ad eum [illegible] non venisset [illegible] Dominus [illegible] expectare [illegible] Mox [illegible] debui expectare [illegible] magister [illegible] Nil promptius pueris quam excusatio [illegible]: Æger fui, non potui, culpa prætereunt: Æger fui, non potui, mille talia commisi [illegible] infirmitati.

Iussus est quidem Ionas Propheta Niniuen [illegible] concionibus hortari ad pœnitentiam.

pœnitam. At Ionas velut mortuum simulare, imperata dissimulare, inter alia intendere. Niniuem declinare, fugam suam Oceano commendare, omnia alia nisi quam concionari. Discipulus puram obedientiam, & qui nimis facile sibi credidit, se non posse, quod potuisset, si voluisset. At mari saeuiente, ventis furentibus, missus est ex imo gurgite magister Cetus, qui Ionam doceret posse, quod posse se negabat. Mi Iona, quam longe aliud est *Non velle*, & aliud *Non posse*. Nolle saepissime in causa est, Non posse praetenditur. Profecto plurima hoc ipso non possumus, quia nos posse non credimus. Vitia nostra amamus ac defendimus, & malumus excusare illa, quam excutere.

Quoties igitur tum illud audias: Non possum, quid vrgeas, Non possum Iniurijs tacitus haec non respondere; inediam non fero meum stomachum; his laboribus ferendis impar sum; assueta relinquere non possum, rebus hactenus concessis carere non possum; quid frustra me vellicatis non possum.

Proscriptae prorsus sunt hae voces è gymnasio patientiae. Audite discipulum generose clamantem *Omnia possum*. Qua tandem id ratione? *In eo qui me confortat*. c Germani fratres, Zebedaei filij ad quaestionem Domini de amarissimo calice propinando, animose responderunt, *Possumus*. d A nobis contra, cum patientiae negotium agitur, plerumque illae pigrorum voces sunt: *Non possumus, Non possumus.*

Atque hoc est, quod patientiam vix vnquam è solido addiscamus. Nimium nobis ipsis, & in rem nostram creduli cum aliquid difficulter & aegre possumus, nos impotentes confitemur. *Non possumus* Tho tepsum tenta, & vires tuas strenue explora, age & conare, fac quod potes. Nil turpius in Patientiae gymnasio, quam ad omnem difficultatem occursu hoc vocum opponere: *Non possum*. *Omnia possum*, clamat diuinus Paulus. *Possumus*, respondent Apostoli. Vere amanti numquam excidunt hae voces: *Nolo*. *Non possum*. Si verus amor est, omnia potest, aut verus non est.

a *Aug. l. 4. Conf. c. 4. 10. & 13.*
b *Pers. sat. 3. v. 41.* c *Philipp. c. 4. v. 13.*
d *Matth. c. 20. v. 22.*

§. VIII.

Ocrata in scholis culpa, *Mentiri*, *aut veritatem adumbrare*? Capitalia sunt haec delicta in scholis, nec raro virgarum supplicio eluenda. Quod autem in Grammaticae aut Syntaxeos schola mendacium est, hoc in Patientiae gymnasio est impatientia. Nam vt mendacium negat quod affirmandum, aut affirmat quod negandum, atque quod nigrum est, ait esse album, sic & impatientia, e leui molestia grauem, e graui facit intolerabilem. Hoc autem origo est impatientiae, credere, se tantum pati, tolerare non toleranda, infontem & immeritum vexari. Ita mentitur iniquitas sibi. a

Quando itidem, quisquis assurgimus apud animum suum sic ratiocinamur: Quid ais, animo impatiens, idcirco Patientiae gymnasio nomen dedisti, vt cum quid pateris, insontem te proclames? Apage has voces: quaecumque pateris, ea tu tenuce. Intelleximus, iustitie merebaris pati, & grauiora. Ignem ac flammas quomodo patieris, si stricturas ignis & scintillas non fers? Amice, non facit tibi Deus iniuriam. Tolle quod tuum est, patere, quod tibi à Deo iniunctum est. Tunc ille insons, ille innocens, quem optimus Pater plus aequo vexat: O bone, quam tibi blandiris, ipse liberaliter esse sanus: & lupus cum sis, ouem te esse, stulta tibi credulitas persuadet. Hinc illae voces: Cur in me solum procella omnis defaeuit? quae mea tandem scelera quid ego feci, dicam, vt modo paterer me audi.

Dixit Antonius narrauit, b Petrum monachum, virum & martyrem, apud praesidem suum accusatum, quod nescio qui profane homines in eius cubiculo sint visi garrientes, & auditi. Eam ob causam Petrus in publico capitis atrocium iussus est sibi ipsius accusator esse, & poenam ab alijs pronunciandam, tradit dependere. Fecit; sed sane amaro animo. Non enim conscius sibi erat quidquam huius se deliquisse, nec ignarus solis hoc suspicionibus esse constitutum. Vbi ab alijs digressus in cubiculum redijt, ante imaginem Christi crucifixi madidis sese oculis sistit, atque vt animum querelis exoneraret: Domine, inquit, quid ego feci, quod tam lucre-

rè patiar quantumvis innocens? Tanto fa- [illegible] Christus [illegible] Ergo Petre, quid feci, quod tibi noce- rem? [illegible] Petrus, [illegible] pronuntiavit, si tam innocenti consisteret.

a Psal. 26. v. 12.
b S. Antonin. part. 3. tit. 13.

§. IX.

QUid iam ais, querule, quid toties ingeminas: Et ego quid feci? Dic obsecro: Et Christus quid fecit? Et Christi mater quid fecit? *gladium doloris passa*? Petrus & Paulus Apostoli quid fecerant? Tot centena millia martyrum quid fecerunt? Tot hominum sanctissimi calamitatibus gravissimis onerati quid fecerant? [illegible] Et ego quid feci? Quanto rectius diceres cum illo ad Dominum latrone crucifixo, sed resipiscente: nos quidem iustè, nam digna factis recipimus. a

Non aliter & nos sentiamus. Afflicti saevis poenis facessat non tantum quid patiamur, sed quid fecerimus. Si volumus aequi rerum [illegible] iudices esse, hoc primum nobis [illegible], [illegible] nostram esse sine culpa [illegible]. Hinc etenim maxima oritur indignatio: *Nihil peccavi, nihil feci.* Imo nihil sentimus: Indignamur aliqua admonitione aut correctione nos castigatos, cum illo ipso tempore peccemus, qui addicimus malefactis arrogantiam, excusationem, contumaciam. Nam, ut optimè dixit Fabius, culpam admissam excusare, altera culpa est. Admonenti bonus gaudet; pessimus quisque correptorem asperrimè patitur. Quis autem est ille, qui se profiteatur omnibus legibus innocentem? Saepe in causis qua innocentes fuimus, punimur, pro causis quas non [illegible].

Iosepho prorege Aegyptii fratres innocentes erant, cum in carcerem [illegible] quod scyphum argenteum furati essent. b Quid hoc dicendum? Si de scypho agitur, planè innocentes erant. Sed illi [illegible] longè graviora commiserant. Non enim poculum argenteum, sed ipsum germanum fratrem suum Iosephum parenti suo furati sunt. Atque hoc furtum annis iam viginti & amplius commissum, vel sero tandem fuerat puniendum. Idem aliis saepissime contingit.

Amemus igitur veritatem, & quicquid tandem patiamur, cum Iosephi fratribus dicamus: Merito haec patimur, quia peccavimus. c Veritatem amavit, qui dixit: Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei. d

Qui vero se insontes credunt, nec tam dira meritos, ii hoc solum efficiunt [illegible] rando, ut poenas suas gravent, & [illegible] geminatas: velut cum discipulus post virgarum supplicium murmurat, ad virgarum [illegible] repetitur. Rectè ergo nos esse fateamur, quicquid demum iniuriarum aut calamitatum sit tolerandum: Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei. Quisquis discipulum egit in Passione [illegible], quicquid cogitur pati, sic discat loqui: Ego quidem iustè, nam digna factis recipio. Hoc est profiteri, extrema quaeque se meruisse non negare.

a Luc. c. 23. v. 41.
b Gen. c. 44. v. 1. & seqq.
c Gen. c. 42. v. 21.
d Mich. c. 7. v. 9.

PARS

PARS ALTERA.

IMAGINIS SECVNDÆ EXPLICATIO.

Vidisti Lector, Patientiam sedentem, eã & sedentem. A Verbo veteri ducitur: Romani sedendo vincunt. Haud aliter Patientia, quæ quanto in se quietior, tanto & fortior est. In libro superiore, cum Fortitudine illam iunximus: Nam (ut Valerius) tanta similitudine iuncta est Patientia Fortitudini, ut cum ea, vel ex ea videatur nata. Quandoque etiam Orbis Patientiam premit, quod globus his incumbens, significat. Sed illa erigitur contra, nec palmam manu abjicit. Sic vinci, est vincere.

Ergo Iam Patientia docebat, & spectabatur à fine. Hic sedens ostendit quæ docuit, cumque ipsa spectat accessum ex alto Angelum, simulque monstrat, quantum ad consequendam virtutem faciat, plurimum pati.

Denique aliena genibus docebit, quæ arte calamitas omnis sit perferenda. Non enim quid, sed quemadmodum feramus, interest.

Hic etiam coronam spineam & sanguine stillantem observa. Ne plumis huic gemina consuescant. Subinde Patientia non sudorem tantum, sed & sanguinem propinat Christo.

Illud etiam in imaginibus his observandum. In prima quidem, corona regis simplex cernitur. In altera, pretiosior cum gemmis. In hac tertia cernis Cæsaream cum sceptro G. In quarta hoc proximum spectabis, Crescente Patientia, crescit & Patientiæ præmium.

CAPUT I.

Afflictio docet Fortitudinem & Fidelitatem.

Diximus, quæ pœnarum genera Gymnasium Patientiæ suscipit. Nempe hoc declaratum est, quæ supplicia Deus sumat de hominibus, sumere dum in Orbe hoc degunt. Sic omnes afflictionum species percensuimus.

Nunc porro disserendum, Quid è pœnis his, veluti libris, discendum, quod emolumentum ex afflictionibus capiendum, quæ virtutes inter adversa potissimum discendæ. Nam centum alibi melius legimus; secunda metamus adscripsi.

E virtutum choro primæ occurrunt in adversis exercendæ FORTITUDO, & FIDELITAS. Quæ vero ratione geminæ virtutes illæ longe melius in rebus incommodis & asperis quam in lætis ac prosperis conspiciantur, nunc explicabimus.

§. I.

LOngè aliter liberos educare solet severus pater, & aliter longè blandiens mater. Paterna voces sunt: *Ad scholas, puer, ad scholas.* Ubi è scholis domum redierit, interrogat ergo pater, & Recole, inquit, auditi memoriam exerce; scriptum monstra, paullo post specimen mihi dabis eorum quæ didicisti. Ubi verò puer ad examen patris venerit, itaque interrogatus hæserit, incipit respondere, Grammaticas leges non callere, infirmum ingenio prodere: hic pater aut eum colaphis obiurgare, aut virgis castigare, aut acriùs increpans verbis, ac lusûs tempore, inimicum velut in carcerem amandare, & acerbis vocibus instare: *Studia, puer, studia: stude tuis rebus, & omitte nugas.* Cumque hic ipse puer, annis [illegible] nihil & litteris adoleverit, à matre abstractus in exteras terras à patre mittitur. Hæc tamen omnia bono patri fiunt.

At verò mater nunquam non blanda & mollis, cum filioli madidos videt ocellos: Mi vir, ait, cur mollos liberos fieri malumus, & frontem contrahere, quam expungere? teneri sunt, cur in eos verberibus sæviendum? non raro deteriores fiunt à plagis. Hæ matris voces sunt. Neque tamen his blandimentis masculam virtutem exuerat, sed interim puellulis etiam muneribus, ac mellitis, bellariis & crustulis filiorum iam dolens conturbit, modo enim panem deliciarum, modo saccharo farctum, modo placentas & poma sæpius ingerens dum mulcet & blanditur, perdit. Quis ergo prudens non malit à patre ad bonam frugem austerius educari, quàm à matre blanditiis in perniciem duci? Ita omnino DEVS, pater ille magnificus, virtutum non levis exactor, sicut severi patres, durius suos educat.

Romanus Sapiens, perquam eleganter hæc persecutus: Non vides, inquit, quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? illi excitari iubent liberos, ad studia obeunda maturè; feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis, & interdum lacrymas excutiunt: at matres fovere in sinu, continere in umbra volunt, nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare. Patrium habet Deus adversus viros bonos animum, & illos fortiter amat, & Operibus, inquit, doloribus ac damnis exagitentur, ut verum colligant robur. Non sentit [illegible] illius sententiam. Miraris tu, si Deus ille bonorum amantissimus, qui illos quam optimos esse atque excellentissimos vult, fortunam illis, cum qua exerceantur, assignat? Mavult illos esse malè, quàm molliter. Et nobis etiam interdum voluptati est, si adolescens constantis animi irruentem feram venabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit, tantoque spectaculum est gratius, quanto id honestior fecit. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus operi suo DEVS, ecce par Deo dignum, vir fortis cum calamitate, a compositus. b

Nec ego, mi Seneca, video, quid habeat Deus in Orbe pulchrius, quam ut spectet Tobiam aliquem aut Iobum inter tot liberorum funera, inter tantas facultatum omnium ruinas, nihilominus erectum & stantem.

Christus è nube compellans Saulem: Surge, inquit, & sta super pedes tuos. c Perinde ac si diceret: Ideò te deieci ut fortius surgeres.

a *Mala fortuna.*
b *Senec. de Provid. c. 2.*
c *Actor. c. 26. v. 16.*

§. II.

ITaque cum videris homines probos ac acceptos Deo laborare, sudare, per arduum ascendere, malos autem lascivire & voluptatibus fluere: cogita filios disciplina modesti contineri, & ad modestiam educari, mancipiorum autem ac vernularum licentiam ali & audaciam. Hic Dei mos est; sanctissimos quosque homines in deliciis non habet: experitur, indurat, sibi illos præparat. Quemadmodum tot amnes, tot flumina, tantum imbrium ac nivium, tanta vis fontium non mutant saporem maris, ita adversarum impetus rerum viri fortis animum non vertit. Manet ille in statu, & quidquid evenit, in suum colorem trahit: ipse bonus, in bonum vertit, bene ferendo, bene interpretando. Uti vinum rubellum paucas aliquot guttulas secum commixtas suo colore tingit: ita bonus quidquid accidit, bene consulit, in bonum vertit, afflictionem omnem sibi reddit utilem.

dit utilem

dit utilem tolerando, Etenim omnibus exercitationibus patentior; nec hoc dico, non ferens illa, sed vincens, & aliquem quoque placidissimque contra incommoda animositas. Omnia adversa, aut tanquam exercitia, aut tanquam medicamenta habes; illa, si sanus sis animus, ad robur retinendum vel augendum sunt; illa, si languidus, & delicijs aut voluptatibus mersus, ad recuperandum. Planè ut in corporum cura solet, cum vulneramur & urimur, ut ra- [illegible] ac vires reparentur.

Arboris genus est, cui Larix nomen. hæc arbor mire altissimas excrescit; folia illi non decidunt: vis vitæ incorrupta, nunquam consumitur: nec enim ardet, nec carbonem facit: nec ulla ignis vi consumitur, non minus quam lapides. Inventum est hoc lignum picturam tabellis immortale nullisque rimis fissile, & quod ne carium sentit, nec vetustatem. a

Cælius Rhodiginus visam à se turrim asserit à Larice structam, quam Julius Cæsar subjectis flammis nequiverit dejicere. b Huic tali arbori homo insigniter patiens rectissimè confertur: Ardet ille nonnunquam medijs calamitatum flammis, sed nullum in eo vel scintillam comburitur, nec enim exhibere odit, quod impatientiam olent. Talis omnino Iobus, qui velut lignum flammarum patiens. *In omnibus his non peccavit labijs suis.* c

En rubum flammis undequaque cinctum, & tamen illæsum! En turrim è Larice structam quam etiam Acheruntica vis non dejecit. Hoc omnium in Patientiæ gymnasio discitur; æquo animo ea ferre, quæ non sunt mala, nisi malè sustineas.

Isaaci conjux Rebecca cum geminos infantes in utero collidi persentisceret, perrexit ut consuleret Dominum. d Responsum est: Duæ gentes sunt in utero tuo, &c. & maior serviet minori. Hic Augustinus seriam quæstionem injicit; qua ratione id factum fuerit percunctatur. Minorem enim nunquam majori servisse sed inferre [illegible] compertum est. Siquidem Esau apud animum suum sic statuerat: Venient dies luctus Patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. e Quis ergo servijt, cum occidere volenti? Ad quæ optimè Augustinus: Servivit, major minori, non abstergendo, sed persequendo, eo modo, quo malus servit bonis. f Quemadmodum lima ferro, & malleus auro, & mola tritico, & furnus [illegible] pani proficiunt.

Isaaci filius Iacob in eam virtutem nunquam evasisset, nisi à fratre sic exagitatus fuisset. In domo paterna lautè habebatur, matri charissimus domus pro libitu agebat. At cum illi mortem minaretur frater, in Mesopotamiam ad Labanum avunculum profugere coactus egit vitam viginti annos. Sensit hic Iacob se domicilio non esse, nam durissimè habitus, famem sitimque ferre, æstum geluque tolerare, insomnium vincere, sub pro loco pernoctare didicit: hic ferreus propè corporis animique, hic laborum ac patientiæ tolerantissimus evasit. Horum omnium causa, germani improbitas & insidiæ fuit. Quid hoc autem Iacobo profuit? Multum supra omnem modum. Nam mortem intentatam effugit, otium à Matris blandimenta omnia excussa, laboribus & incommodis assuevit, robur sibi ac divitias comparavit, Liam & Rachelem coniuges acquisivit, è quibus duodecim patriarchæ nati, sed & ipse Christus originem traxit. Ita, ut maior servierit minori, sed non abstergendo sed persequendo. Hæc vera discenda fortitudinis ratio; ita fortes efficimur. Nota vox fortissimi: Cum infirmor, tunc potens sum. g

a *Plin. l.16. Nat. hist. c.10. & alibi.*
b *Cælius Rhodigin. l.20. antiquar. lect. c.10.*
c *Iob c.2. v.10.*
d *Gen. c.25. v.22. & seq.*
e *Gen. c.27. v.41.*
f *Aug. serm. 10. [illegible] serm. 78.*
g *2. Cor. c.12. v.10.*

§ III.

Vtique, quo vendas, non quid passura sis, cogitas; quoniam & quod passura est, gloriæ para est. Sed Deus considit, quos esse quam modestissimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animosè fortiterque faciendi; ad quam rem opus est aliqua difficultate. Vnde possum scire, quantum adversus paupertatem tibi animi sit, si divitijs diffluas? Vnde possum scire, quantum adver-

[illegible]

versus ignominiosum & infamium conflictu [illegible] si te probra [illegible], si inter plausus invicta? si te [illegible] laboris constitues? Vnde te obedientem [illegible] laboris commendem? Vnde te obedientem conscio, si tibi nulla nisi mollissima mandata [illegible]? Vnde te submissum ac humilem probasti? si nullis iniuriis ac calumniis impetitus? Vnde te verè patientem laudo, si nullis [illegible]? Vnde te verè patientem laudo, si nullis calamitatibus [illegible]? Calamitas virtutis occasio est.

Illos autem quis dixerit miseros, qui nimia felicitate [illegible], quos velut in malacia [illegible] tranquillitas iners & malacia detinet. Quicquid illis inciderit, novum & molestum veniet. Magis urgent sæva inexpertos. Vel ad [illegible] grave est tenera cervici iugum. Ad suspicionem vulneris tiro pallescit: audacter veteranus cruorem suum spectat, qui scit se sæpe post sanguinem vicisse.

Contrà Germanos, inquit Seneca, & quidquid circa Istrum vagarum gentium occurrit. Perpetua illos hiems, & triste cœlum premit, maligne solum sterile sustentat, imbrem culmo aut fronde defendunt, in alimentum feras captant. Miseri tibi videntur. Nihil miserum est, quod in naturam consuetudo perduxit. Quid miraris bonos viros, ut confirmentur, concuti? Non est solida arbor, nisi in quam frequens ventus incursat. Ipsa enim vexatione constringitur & radices certius figit. Fragiles sunt quæ in aprica valle creverunt. Sic virtus nec illam gelu compressa [illegible], sic ignis flatu premitur, ut latius germinet. Quid efficit argento & auro malleus? Quid aliud ut, tantum non cadunt: [illegible] talem [illegible] formam, nisi malleum ceciderit? Apage argentum & aurum [illegible], quod impatiens est malleorum: ita quisque de [illegible] impatiens est malleorum; ita quisque de ipso timeat.

Nunquam nobis ipsis virtute præditi [illegible], & Patientes dici volumus, sed oportet ut, quod non metuerunt nobis ingerentur, quod non meminerunt nobis ingerentur. Sisi argentum sit, ut ait Pythagoras dixit: Sisi argentum sit, ut in ipsa [illegible] fiat, cum tamen [illegible] causas. Ita plerisque sunt dicitam impatientes caussas. Ita plerisque sunt [illegible], si quando sit argentum, aut frangitur, ut in [illegible] in [illegible] dies [illegible] in [illegible] Deo [illegible] ad [illegible] cœlo accedat, Deo [illegible] ad hæc, mittis [illegible] (ignoscat mihi [illegible] ge-[illegible], [illegible] Cur obsecro? Quia [illegible] nec [illegible] patiens es, & ideo reiicimus malleorum impatiens es, & ideo reiicimus

pendet, in eo quo [illegible] es. Nam ubi [illegible] vel [illegible] [illegible], ubi verbulum aspergit te perstringentis, mox in turpem impatientiam erumpis. O argentum, ô aurum, sed impatiens, sed fallax, sed adulterinum, quia mallei reiicitur: neque otio demum, rutum, & in carnificis collocandum.

Gulielmus Peraldus Lugdunensis Præsul festive disserit, qua ratione, quis diabolo dentes excutiat. Dentes diaboli sunt calumniatores, [illegible], ad quod Hebræos, [illegible] populum meum, inquit, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus Deus exercituum. Hi dentibus commedere solo [illegible] homines probos. Sed quomodo hi dentes effringendi? PATIENTIA. Non raro Christiani certando [illegible] patientia illustres, aliquot millia idololatrarum ad Christi sacra perduxit.

Romanus Præses Pontius Pilatus admirabilem Christi patientiam miratus, hominem, illum supra hominem sapere, & alti sanguinis esse [illegible] suspicatus est. Quotidianum hoc est, ut genus verbosissimus, sedulo [illegible] criminati doctus, [illegible] patientiam observans, [illegible], & ipse ad modestiam se componere, nullis aliquo commodo [illegible]. Sed Christianum hoc consilium [illegible]. Sed patientia hæc, non discitur in choro, sed patientiæ gymnasio, Afflictio Tormidinis magistra est.

a Seneca l. de Provid. c. 4. ubi de prisis Germanis loquitur.

b Greg. epist. 27.

c Esa. 3. v. 15.

§. IV

NOn solum Paupertatem gymnasium Patientiæ docet, sed & Fidelitatem, in sacra pagina laudatissimam virtutem. Nota sententia Domini verba: Euge serve bone & fidelis. Discipuli Christi, errores complexi, eos commisserunt, sæpius etiam reprehensi sunt. Nonnihil [illegible] Christus in ultima cœna nobiscum [illegible] Vale omnibus dicere, copiosè [illegible] collaudavit: Vos estis, inquit, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum. Perinde si diceret: Extoti-

extremibus vestris, ô mei Apostoli vestiam do, propterea sunt abolita. Hoc ponens, ergo, ut vestram in me fidelitatem amplissimè remunerer. Vobis panè non Paupertas ac Humilitas vita non fundatur; agnosco fidelissimos non diutius servos, sed amicos. Itaque dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam, in regno meo. a His utique Apostolis pectus gaudio subsilit; & quis eorum aliud cogitavit, quam hoc ipsum. Vivamus jam supra sidera in hoc regno. Vivamus [illegible] & bibamus in hac mensa? Sed nos Christus avocavit [illegible] & [illegible] gaudia non intempestive præcipitanda submonet: Ecce, inquit, Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. b Restant, ô mei, [illegible] de vobis sumenda experimenta: vos velut campanæ [illegible], similiter sparsuri per Orbem; sed prius experiendæ sunt hæ campanæ: hac ipsa nocte fiet [illegible]. Nam sicut [illegible] faber cum [illegible] imposuit, non aliud [illegible] in [illegible] educit sed malleo prius explorat, quæ vocem sui [illegible] operis quis [illegible], & ut nihil [illegible] lateat, ita de omnibus, qui inter [illegible] volunt, experimentum capiendum est [illegible], num eorum [illegible] sit solida, an [illegible] fractis [illegible] fidelis sint. Nemini ad hanc [illegible] hoc fidelitatis [illegible] experiamur.

Optime dixit Ambrosius: Quid quisque possit, nisi tentando non discitur. c Nemo scire quam patiens sit, nec tu quidem ipse, nisi [illegible] te sanguine adversariis Languet [illegible] [illegible] Virtus. Tunc apparet quis tibi sis [illegible], quantum valeas polleasque, cum quid possis, patientia ostendit. Atque verissimè dixit beatus Gregorius: Nemo quantum profecerit nisi inter adversa cognoscit. Thuris [illegible] in prunis sentitur: Aromata tunc maximè se produnt, cum in mortario [illegible] vigorem suum [illegible] fragrant, cum [illegible]. Magdalenæ balsamum [illegible] potentiaque, cum in Christi [illegible] effusum est: sic in tempestate nauta, in acie miles, in arena [illegible] dignoscitur. Huc alludens Hieronymus: Christianæ militiæ est, inquit, [illegible] feliciter [illegible], [illegible] adolescens, & [illegible]

vis calcare. Frequentibus procellis Christiana vita quatitur, [illegible], & professio [illegible] lavatur ac crescit. d Sed vera Fidelitas non in ore [illegible], sed in manu [illegible] [illegible]; nam aliud est fidelitatem promittere, aliud fidelem esse.

Christus, ut suos alliceret ad incrementum fidei perendum: Si habueritis fidem, inquit, sicut granum sinapis. e Quantam obsecro hæc tanta fides est tantillis granuli sinapis! [illegible] pusillum ac vile semen est sinapi, vix quo visum ab oculis fere [illegible]: sed pistillo [illegible], aut [illegible], hic acrimoniam, hic odorem exerit, quis tantum igneum sub orbiculo tam modico latere crederet! Hanc autem in se fidelitatem à nobis Christus exigit, ut [illegible] amoris igneum, [illegible] odorem [illegible] exprimamus, cum pistillis calamitatum tundimur: Bonum, inquit Gregorius, quod in tranquillitate seminatur, in tribulatione manifestatur. f

a Luc. c. 22. v. 28. & seqq.
b Ibid. v. 31.
c Serm. l. de Provid. c. 4.
d Hier. tom. 9. ep. 6. ad amicum ægrot.
e Matth. c. 17. v. 19. & Luc. c. 17. v. 6
f Greg. l. 1. mor. c. 4.

§. V.

HEbræum militiæ ducem se laudat sacra pagina: Cæteri reges egregie sunt pariter, ut pugnarent contra Iobas. a Hic generosissimus heros tantam Deo fidelitatem illustrissimis exemplis repræsentare, & provocans hostes: Adeste percussores Dei, [illegible] nihi, nec mihi [illegible] grave, cum in vos pugnandum, & quamvis [illegible] tanto se major patiatur [illegible], non tamen formidamus: Ad illa [illegible], nil trepidamus: à nobis DEUS est, totus nobis militat æther. Sic omnino & Christiana generositas, hostem provocans: Adeste afflictiones, & innumerabilium calamitatum agmina, fames, sitis, egestas, morbi, lacunæ, injuriæ, calumniæ & omnis generis ærumnæ, nec numerum, nec vim hostilem expavescimus! Si consistant adversum nos castra, non timebit cor nostrum, fidem Deo datam non frangemus, omnia potius pati, & vitam vel centies prodigere parati sumus,

quam infirmitatem, quæ Deus nos obstrinxit, negligere.

g *Is. c. 28. v. 10. & 13.*
h 4 *Reg. c. 2. v. 24.*
i 2 *Par. c. 36. v. 15.*

§. II.

AT sicut ab irrisoribus Deo non parcitur, ita nec Christo filio Dei, nec Christi discipulis. Archisynagogi ædes ingressus fuerat Seruator, filiam familias ad vitam reuocaturus. At turba tumultuans, & tibicines sibilis & cachinnis Seruatorem excipiebant, & *irridebant eum* a. Quàm humaniter Rex Herodes Antipas Dominum salutauit? Albâ veste velut fatuum, & albæ mentis hominem indutum, toti exercitui suo ridendum propinauit b. Hic idem Dei filius in Pilati prætorio per ludibrium salutatus est, & variè derisus est. Ex quas in cruce ludificationes non tulit? quam acerbæ cauillationes nec insatiabiliter videamus, aiebant, an veniat Elias liberans eum, alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere: Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas, saluum fac temetipsum. Sed nec latronum alter cauillis abstinuit. Nec mitius actum cum Christi discipulis, quoties illi fabulæ erant & ludibrium? Die Pentecostes cum Dei pleni prodiissent in vias, & cælesti facundia perorarent, variè auditorum affecerant: Alij autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti c. Quid miramini callosos fecere disertos, largius boni vini ebiberunt. Christus futurum hoc vaticinatus est: Si patremfamilias, inquit, Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? d

David optimorum regum optimus, ab omni hominum genere illusus est. Goliathus cauillator improbus: Numquid ego canis sum ait, quod tu venis ad me cum baculo? veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestijs terræ e. Sic stultus Nabal quam non temerario Dauidem cauillatur? Quis, inquit, est Dauid, & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt dominos suos f. Mea igitur dem hominibus ignotis, sumit fugitiuis? Neque hic Deus supplicium distulit; Cumque pertransissent dies decem, percussit Dominus Nabal, & mortuus est g. Idem rex Dauid ab ipsa coniuge sua Michole quam proteruè irrisus est? Saltauerat rex sanctissimus ante Arcam Domini totis viribus, & miros in Deum affectus ediderat. At Michol sinistrè hoc interpretata: Quàm, inquit, gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi nudetur vnus de scurris! At verò Dauid placidissimè: Ludam, inquit, & vilior fiam plusquam factus sum; & ero humilis in oculis meis h. Nec sua Micholi dicacitas impunè stetit: matris nomen nunquam obtinuit.

Iobum patientiæ magistrum, quam amarulento sermone perstringens vxor: Adhuc, inquit, tu permanes in simplicitate tua i? Sed responsum

sponsum tulit se dignum: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es, si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Sed & ab aliis irrisus Iobus: Nunc, inquit, in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium. *k*

Nec Tobias suos habuit beneuolentiores: Nam sicut beato Iob insultabant reges, ita isti parentes eius; & cognati irridebant vitam eius, dicentes, vbi est spes tua pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias vero increpabat illos: Nolite, inquit, ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo *l*.

Diuinus Paulus apud Athenienses, ausum dicendi sumens ab Ignoto illorum deo, deque vniuersis mortalibus in vitam reuocandis, & quem plausum tulit multorum irrisionem. Nam cum audissent resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt; Audiemus te de hoc iterum. Adeo parum fructuosa fuit facundissima Pauli oratio.

Idem omnibus bonæ mentis hominibus contingit, nec est quod hic expectent vsitatius suæ probitatis præmium, quam sperni & irrideri. Francisci Assisinatis, viri sanctissimi germanus frater, sed parum sanctus, cum videret Franciscum sæuâ hieme, rigente cælo, seminudum frigore concuti, misit petrum qui per ludum peteret, sudoris sibi aliquid vendi sestertio. Huic Franciscus ore hilari: Dic, inquit, fratri meo, me iam & algorem & sudorem meum omnem Domino meo vendidisse, idque ingenti pretio *m*. Nimirum deridetur iusti simplicitas *n*. Et quod longè peius est, derisor hoc sibi ius esse arbitratur, nemini sine scommate pertransire, omnes deridere. At sancti cauillatores hæc sibi ius fingere, ipsi demum spectaculum sunt Orbi, quem nullo id iure fecerunt. Audite quam serio sed sero miseriam ex inferis illi ipsi vociferentur: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est! En illi supra sunt, nos in Orci barathro iacemus. Sed dicite, ô Phryges sero sapientes, nunc hoc verum solummodo peccatum patrastis? cur libidines vestras tacetis, cur intemperantiam vestram dissimulatis? quid auaritiam & inuidiam tacetis, quid tot alia flagitia vestra regitis? Ah, satis est, aiunt, hoc vnicum foret grande piaculum, vitæ nostræ exitiosum damus, irrisionem fuimus. Hinc quicquid salubrium monitorum instillabatur, contempsimus, & hinc ruina præceps in vetitum, hinc tot scelerum formæ, ergo fatentur denique: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum *o*.

a *Matth. c.9. v.24. Marc. c.5. v.40.*
b *Luc. cap. 23. v.11.*
c *Act. c.2. v.13.*
d *Matth. c.10. v.25.*
e *1. Reg. c.17. v.44.*
f *1. Reg. c.25. v.10.*
g *1. Reg. c.15. v.38.*
h *2. Reg. c.6. v.10. 21. 22.*
i *Iob c.2. v.9. & 10.*
k *Idem c.30. v.9.*
l *Tob. c.2. v.15. 16. 17. & 18.*
m *Plurat de bono status relig. l.3. c.16. ante med.*
n *Iob c.12. v.4.*
o *Sapient. c.5. v.3. 4. 5.*

§. III.

INter eos qui plurimum ridentur, primi numerantur pauperes, quos ditiorum supercilium non alio quandoque nomine compellat, quàm famelicos mures, pediculorum thesauros, extrema busti cadauera, damnata fortunæ ludibria &c. quia non difertum est, cum spargenda sunt eiusmodi infamia agnomina, quæ non tantum dictu auditúque indecora, sed & infimos quosque grauiter offendant, & exacerbant, sibi inde mali non exigui causa. Exemplo rem demonstramus. Cum audisset Sanaballatus Hebræorum hostis, murum ab ipsis strui, iratus est valde, & motus nimis subsannauit Iudæos, & dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Iudæi faciunt imbecilles? numquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris qui combusti sunt? Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait, Ædificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum *a*. Nihilominus opus cœptum feliciter surrexit. Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri (aiunt ipsi Iudæi) vt timerent vniuersæ gentes quæ sunt in circuitu nostro, & conci-

derent intra semetipsos, & scirent quod à Deo factum esset opus hoc. b Ita Deus irrisores punit, & eos qui irrisi sunt, singulari patrocinio defendit.

Sed quemadmodum vitiorum omnium participat ab irrisoribus, ita nec crimina [illegible] rum. Efficitur quia impudentiae sequatur non pauci: nulla in ea memoria mortis, parum orationis, confabulationis plurimum est, perinde si tanta mortem efficerent, ac si certum occisum ad rogum deportarent Æthiopes praecedentes obiciat, et alio Romae? Et quid sermonis inferunt in exequiis decoctis: O bone, amice, occisisti, nunc sale scrobem, fabi, operas aliam dormire, interstrepente nullo.

Nō tu hos dixeris Michoilis esse filios, à quibus omnia habentur irridicula? Hac cavillandi amore omnia peccata eleti solent. Ita Dionysius Syracusis genitor, illud sui dedecus, aut sacrilegia sua iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit. Fano enim Proserpinae spoliato Locris, cum per altum secundo vento classe veheretur, ridens: Amici, videtisne (ait) quam bona navigatio ab ipsis diis immortalibus tribuatur sacrilegis? Idem Iovis Olympii statuae amiculum aurei magni ponderis detraxit, iniectoque laneo pallio: Æstate, inquit, gravis amictus est aureus hic amictus, hieme frigidus, laneus autem ad utrumque tempus anni aptior, & hieme fovebit, & aestate non gravabit. Idem Epidauri Æsculapio barbam auream demi iussit, quod affirmaret non convenire patrem Apollinem imberbem, ipsum vero barbatum conspici. Idem mensas argenteas atque aureas, è fanis sustulit: quodque in his more Graeciae scriptum erat, bonorum Deorum eas esse, uti se bonitate eorum praedicavit. Idem Chrysendeta & pateras coronasque, quae simulachrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat & eas se à dantibus accipere, non auferre ab invitis dicebat, perquam stultum esse argumentando, à quibus bona precamur, ab iis porrigentibus nolle sumere. d Huic impio cavillatori non multum absimilis fuit Leo IV. Imperator Copronymi filius, qui è S. Sophiae capite coronam auream abstulit, quam priores Imperatores regiis sumptibus fieri curarant. Hi tametsi debita supplicia non evaserint, mortui tamen rependunt poenas, quas vivi effugerant. Lento enim gradu, ad vindictam sui, divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat.

Verum, ne sic quidem ab fingendi se contingere irrisores. Quamtum boni et quo piaculum forent, inter peccatores dicere: Nunc filia amplius. Sibila explodentur hae voces: O te, amice, hominem astutum, qui non bibas, nisi fitiant! Si quis vitae sit sobrietatis ac castigationis, eu, inquiunt, monasticam alterum, eu sanctum hunc misanthropum! Si quis Christiana mansuetudine calumniam contemnere, iniurias oblivisci coepit: eu, aiunt, simplicem quendam, hominem stultum, eu virum antiqui seculi, cui nunc & suae vires ita sunt, qui nec sui ipsius quidem sit patrocinium gerere. Inde fit, et qui videri non vult, videri velit impie, maluque malus Christianus esse, quam imbellis & effeminatus vitiis haberi. Eo verò devenimus temporum, quosque nemo nostrae nobis esse censeamus, cum eos fere hominum irrides. Hinc & iuventi & conscientiae vim facimus: veterti quidem, ut quam plurimum vini capiat, conscientiae pro silentium praecipimus. Quemcumque est qui se ad dignitatem non animet his vocibus: Ego vero quam tua videri pariat, petabo potius & genio meo benigne faciam, si probro sit maioribus obsequi, vivisca. O novissimum cacodaemonis nequitiam, quod mulieres ac ineptiis non obtinet, hoc lascivia ac sibila impetrat. Sane hac in tempestate omnium magistros & artifices primarios agnoscimus Pharisaeos, qui omnibus Christi dictis factisque protervissime illudebant. Audiatur illorum voces volebant: Videte, obsecro, sanctissimum virum, qui cum nequissimis quibusque hominibus tam socialiter agit; en prophetam qui publicanos & profligatae pudicitiae homines accedit, ut scilicet sanctiores mensas increatur.

a 1. Esdr c. 4. v. 1. & 3.
b Idem c. 6. v. 16.
c Plin. l. 3. c. 4 1.
d Valer. l. 1 c. 1.

§. IV.

Hic quaeso, Christiani, ditem illum quo Christus asina vehens Hierosolymas conscendebat, unam mecum exactius perpendite. Cū

Igitur Christus Dominus vtcunque iam tri-
umphum vidit, Pharisæi, Scribæ, Rabbini perin-
de ac spectatores prodibant diuersis locis.
Pars spectatorum aliorum fenestras occupa-
bat, & qualescunque in summa equitare cerne-
bat, pars in via ad circulos coibat, omnes ad
despectandum paratissimi. Iamque vrbem ingres-
so Domino, Pharisæi omnes & Scribæ velut
Epidaurij serpentes acutissimis oculis ob-
seruabant, quinam è suis ciuibus Dominum
comitarentur, qui palmas ferrent, qui lætum
acclamarent, qui vestem in via sternerent.
Hos ipsi digitis designantes: En, aiebant, stul-
tissimos homines! hic magister Zachæus fa-
ber, ibi magister Samuel faber cæmentarius,
en illic magister Ioseph pistor, & magister Ia-
cob carnarius palmam ferunt: etiam vicina
nostra domina Iudith à nobis defecit, siqui-
dem palmam fert, & asinum sequitur: en illic
cognatam nostram Salomen cum ceteris in
[illegible]. Ita modò hos, modò illos digitis
monstrantes, extremè cauillabantur humilli-
mam Christi equitationem, & omnes illius
comites. Hic irrisorum mos est.

Non aliter hæresis suos instituit: hinc quic-
quid sacrorum rituum est, petulantissimè de-
ridetur. Sed neque Catholici dogmatis omnes
hic extra culpam. Fit non raro, vt Christus
Dominus [illegible] ferculo, vel per templi am-
bulacra, vel per vrbis compita deferatur, lon-
go deducentium agmine. Hoc inter nonnulli
ima plebis homines effusè garrire, iocari, ri-
dere, fabulari audent liberrimè, tanquam si
eos modestiæ publicæ puderet. His ergo quæ-
rat non nemo: Quo in loco estis, aut quid de-
[illegible] adestis, aut in theatro
agitis, num illic concessistis? Vbi fides, vbi
religio? Ah, quàm vestram, & Orbis sodium
non attenditis? cum vobis cæcus & surdus est
Christus: et illius oculos & aures nihil vere-
mini? Hoc non hæresim solum, sed & idolo-
latriam sapit.

Iulianus apostata, petulantissimus cauillator,
& Iannio maximus, in quem propriissimè di-
ctum putes: Abominatio Domini est omnis
illusor. Hic Christianos de iniurijs conquerē-
tes, per cauillum eludere solitus: Hoc, aiebat,
lex vestra imperat, vt percussus vna maxillâ,
porrigat & alteram. Si quis in quadam ab ara
nobili capitulo Adamanti pallium, aiebat, in-
rocam etiam in auctarium addendam, vestris
legibus seruemus vt. Hæc illius omnia dispon-
bus perfidissimi Apostatæ. Ab hoc non mul-
tum dispar dux Aquitaniæ Guilielmus, sed de-
mum vir sanctissimus, teste Guilielmo
Malmesburiensi adeò petulanter perno-
rasse, vt in Palæstinam sexaginta millia equi-
tum, & longè plures pedites duxerit: diceres
anni, sed multo magis vinceret; ex quasi
sordium genere valuisse, cum malè face-
ret, gloriabatur, cuncta, vt Malmesburiensis
loquitur, malefacta condiens lepore nugarum
& facetiarum. Hunc Petrus Pictauiensis Pon-
tifex, libertinè reprehendit, & officium facere
detrectantem à sacrorum societate secludit. At
ille stringens gladium, & capillos præsulis
apprehendens: Iam, inquit, morieris Pontifex,
nisi Ecclesiæ me restitueris. Præsul sibi prius
simulissimus, & planè impauidus: Sine, inquit,
loquar. Concesso dicendi spatio, dictum in eum
compositum carmen absoluit, & interentem
pœnam deuouit, dein porrecto iugulo: Feri,
iam, inquit, feri. At Guilielmus pro more
iam ferè ludificans: Adeo, inquit, te odi, vt
nec te meo digner odio, nec vnquam cælum
ingredieris, sine mea manu adiutus. Fuit au-
tem & suo Guilielmo Herodias, quæ Petrum
antistitem in exilium expelli fecit. Gui-
lielmus pellicis consilium secutus, [illegible]
nouit sanctissimum monitorem, quem vbi
[illegible], quod
[illegible] illum non [illegible] ad cælum [illegible].
His facetissimus scelera non texit, sed auxit.

At vbi animum mutauit Guilielmus, quæ
non à semetipso supplicia exegit? vtque [illegible]
[illegible] ipse suos e-
[illegible] quantis rigoribus corpus domuit? cum
vita reliqua omni, loricam modò corpori
appressam gessit, acerrimus ipse vindex
priorum nugarum. Hoc iam Ambrosij ve-
rè sit licitum: Si secuti sumus errantem, se-
quamur & pœnitentem. Deus, ô Christiani,
non irridetur, sed neque suos impunè irrideri
patitur: Abominatio Domini est omnis
illusor. Et cur alteri alteros irridemus? Om-
nes peccauimus, & egemus gloria Dei.
Quisque suo patiatur mores, nemo suis vi-
tijs. Ergo,

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.
Et quis ille qui ad [illegible] se [illegible]

tam rectum, vt solos alios videre possit? Tu ergo, mi homo, in teipsum tuos cachinnos verte, & quæso vel hoc vno Annæum Senecam imitare, qui: Si quando, inquit, fatuo delectari volo, non est mihi longe quærendus; me video c. Æmulemur, & nos ipsos nobis proponamus: hoc nostra sequuturi lingua satis habebit abunde quod contemnat, nos ipsos videamus.

a *Rom. c. 3. v. 23.* b *Iuuen. sat. 2. v. 23.*
c *Sen. epist. 50. initio.*

CAPVT XIII.

Derisorum natura, & Derisionis damna vberius explicantur.

DIximus, quam nemini parcant irrisores: sed accuratius nunc in eorum mores indagandum, simul etiam damna quæ hanc linguæ intemperantiam sequuntur, explicanda.

§. I.

ROBERTVS Holcot Anglus, vir eruditus è diui Dominici familia, librum Sapientiæ commentarijs illustrauit. In his de hoc ipso linguæ vitio disserens: Derisio, inquit, quatuor parit mala: Ostendit enim stultitiam, suspendit amicitiam, offendit iustitiam, intendit malitiam. Ordine ista, sed strictim persequamur.

1. *Ostendit stultitiam* derisor: quisquis enim alterius defectus irridet, profecto ignorat suos, & sæpissimo maiori vitio laborat, quod in alio sugillat. Præclare Gregorius: Quid, inquit, sumus hodie, nouimus, quid autem paullo post esse possumus, nescimus. Hi enim quos despicimus, tardè possunt incipere, & tamen vitam nostram feruoribus studijs anteire. Timendum itaque est, ne nobis cadentibus surgat, qui nobis stantibus iacebat; quem nos stare iam non nouit, qui nos stantem nouit irridere. *Apud Iobum* dicitur: Cum ceteros, inquit, irriseris tu à nullo cõfutaberis a? Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum fatigatus desieris contemnere, contemneris b.

2. *Suspendit amicitiam* derisor. Vbi enim derisio, ibi ira & contumelia. Ideo illud sapientiæ oraculum monet: Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntque causæ & contumeliæ c. Ironia grauissimarum sæpe litium fuit seminarium. Multi, ne dictum sibi pereat, quod agili in ore temere conceptum, dulcedine vrbanitatis prolapsi, dum ludo iuuant, dein serio lædunt.

3. *Offendit iustitiam*, id enim alteri facit, quod sibi nollet fieri. Quis enim ille & laudabilis tam, qui æquo animo ferat se irrideri? Quam hoc omnes fugimus, quam indignè ferimus, risui aut sibilis excipi? Cur ergo quod ipsi tantopere horremus, alijs tam petulanti temeritate obtrudimus? Siracides corripiens: Intellige, inquit, quæ sunt proximi tui ex teipso d.

4. *Intendit malitiam*, nam per iocum incipit, sed è ioco res nascitur, ludendo ferit, ridendo sauciat. hoc certe non raro efficit, vt irrisus vindictæ quam arctè stat. Omnis amicus, inquit Hieremias, fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur e.

— non hospes ab hospite tutus.
Nec socer à genero, fratrum quoque gratia rara est f.

Sed pergit Robertus, & Eam ob caussam, inquit, quadrupliciter minatur scriptura hoc modo: Irrisores non sunt arguendi de iniquitate. Non sunt instruendi de facultate; Sunt eijciendi à societate; Sunt deridendi à Dei maiestate.

1. *Non sunt arguendi de iniquitate.* Hoc canere præmonuit sapientissimus regum: Noli arguere derisorem, inquit, ne oderit te: argue sapientem & diliget te. g Vti frustra se fatigat medicus in eo ægroto persanando, qui pharmaca omnia eiectat, non inueteratum, sed per fenestras iacit oleum & operam perdit, qui cauillatorem multitudine monitorum obtundit. Inter irrisores autem facile principes fuerunt Iulianus & Lucianus apostatæ perfidissimi, & ex asse omnium exercitatissimi, ad quæuis irridenda. Sed vterque meritissimas dedit pœnas: ille incerta sagitta sauciatus, iste à canibus laceratus interijt.

2. *Non sunt instruendi de facultate.* Salomon id affirmans: Quærit derisor sapientiam, inquit, & non inuenit h. Auritis linguâ nobilissimi derisores inspicere? Herodis Antipæ linguam considerate, qua ipsam æternam sapientiam

etiam ostentui habuit, qua filium Dei visa quum irrisit, & vt abiectioribus iocularemur, fatui veste donauit, & sic Romano præsidi remisisse. Sapiens sibi videbatur rex ille, & ideo Christum varijs quæstionibus vrgebat. Aperte docuntur Lucas: *Interrogabat eum multis sermonibus.* i Quis hic non cupiat explicatius nosse curiosissimi hominis tot quæstiones? *At ipse nihil ei respondebat.* Caiphæ, Pilato, Malchi cognato, alijs respondit Christus, huic irrisori nihil. In hoc tali homine desperanda est sanitas. Monetur, pœnitet; ridet, ludit. Iterum monetur, iterum pœnitet; iterum ille & ridet & ludit; *Derisor non inuenit sapientiam.*

3. *Sunt ejiciendi è societate.* Ita monent diuina oracula: Ejice derisorem, & exibit cum eo iurgium k. Sub initia nascentis Orbis, non deerat hoc hominum fæx, idque in ipsa Noëmi & Abrahami domo: talis erat Cham, talis Ismaël. Cumque vidisset Sara, filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc & filium eius. Puer hic ludibundus nimium & petulans est, ipsa vidi, quam ei filium meum ludificanti, irrideat, vexauit, res non ferenda: male liberos educabimus si hoc dissimulemus. Irrisionis autem istius caussa fuit inuidia, nam Ismaëlem natu maiorem pessime habuit, epulum tam nobile instructum, cum Isaacum à lacte depelleretur. Neque in Ismaëlem tantum excanduit Sara, sed & in matrem illius, vt quæ improbos filij mores non corrigeret. Ergo ejice ancillam inquit, has illusiones in nostra domo non feremus.

4. *Sunt deridendi à Dei maiestate.* De his ipsis Psaltes cecinit: Ecce, inquit, loquentur in ore suo (voce submissa & gracili), & gladius in labijs eorum. verbaillorum mire penetrant pungantque, ipsi tamen ea loqui sibi videntur, & eo se solantur, *quoniam quis audiuit?* Non est hic qui nos in ius ambulare cogat, ob nostros sermones. *Et tu Domine, deridebis eos m.* Putant se non audiri, sed tu Domine qui vel latentissimos ipsorum nutus obseruas, in tempore aderis, risui & illos etiam propinaturus.

Salomoni hoc credimus: Ipse deludet illusores, inquit, & mansuetis dabit gratiam. n Et velut de sententia irrisos aliquis non nullum sese agitat, cum alios risui exponit, sed ore solum aut oculis dat signum, ita Deus per vilissima quæque in nostros irrisus animaduertit, Isaias attestatur: Sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti, & Api quæ est in terra Assur o. Non opus hic magna vi, sibilo res agitur: Veni apicula, hunc mihi punge; adsis musca, hunc mihi terra. Quia vero Isaias vates hoc loco per muscam Ægyptiam, per apem Assyrias, & omnes illorum exercitus designat, compendio hoc asserit: Deus vel vnico nutu tam facile immensos instructissimorum exercituum, quam facile quis canti aut feli apponit scarabæolum. Ergo vt illusores dignum se pretium ferant, etiam si sæpe contumelijs pugnat in illos Deus, sed hi illi sic consternantur, vt velut œstro perciti furant & insaniant, postquam *sibilauit Dominus muscæ.*

a *Iob c.12. v.4.*
b *Is.c.53. v.2.*
c *Prou.c.21. v.10.*
d *Eccli.c.56. v.18.*
e *Hier.c.9. v.4.*
f *Ouid.l.1. Metamorph.*
g *Prou.c.9. v.9.*
h *Prou.c.14. v.6.*
i *Luc.c.23. v.9.*
k *Prou.c.22. v.10.*
l *Gen.c.21. v.10.*
m *Ps.58. v.8.& 9.*
n *Prou.c.3. v.13.*
o *Isa.c.7. v.18.*

§. II.

Narrat Plinius, in illis Orbis partibus quæ leones gignunt, vermiculum reperiri Leontophonon quo gustato mortalis vis, ac cetera quadrupedum imperitans illico capitur. Habet Deus vermiculos suos quibus immanes illas bestias sternat. Ita cum Herode Magno Ascalonita tot infantium interfectore actum, à vermibus miser occisus est, sic hostes Deus, sic illusores tractat: sibilat muscæ, vt exagitet, immittit vermiculum, vt necet: *Tu Domine deridebis eos.*

Rem miram refert Surius a de Castilepho viro sanctissimo, qui suo cœnobio id prærogatiuæ obtinuit à Deo; vt ingressum nulla feminarum tentaret impune. Audijt hoc spargi, cæteris curiosior femina *Gisela* nomine, & has superum minas velut fabulam irridens

[illegible] habitu etiam subreptum institutis. Virginitatis ergo vestis induiti, & infantem commendatae ad [illegible]. Hic Deus sibilauit muscae, [illegible]. Siquidem mulier quae [illegible] ab inferis [illegible], iam [illegible] illatam [illegible], à [illegible] [illegible], à [illegible] adium vt [illegible] malo genio [illegible], ut [illegible] habuerit ab hoc [illegible] [illegible] postremo, dilic [illegible] domi, & [illegible] diuti [illegible] non [illegible].

Quam porrò [illegible] in gente Christiana sim [illegible], Guilielmus Peraldus Lugdunensis Praesul eruditè demonstrauit. Haec, inquit, diaboli [illegible] est nequissima, qua filios Dei [illegible] dum parauli sunt, bonam [illegible] [illegible] in germine. Sicut enim Pharao [illegible] Hebraeos infantes in aquis submergi, Herodes [illegible] gladijs confodi voluit: ita Lucifer Christianorum [illegible] vult antequam adolescant. Et [illegible] [illegible] bonorum adolescentium [illegible] per [illegible] diaboli [illegible], [illegible]. Ita enim fit, vt qui non [illegible] [illegible] est, si videat se rideri, quod tam facilis [illegible] ad [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] & alij [illegible] [illegible] se [illegible] [illegible] virtutum, si non est [illegible] esse [illegible] peccantem, sacramenta frequentasset, si piscari [illegible], & in omnibus se [illegible] [illegible], & [illegible] habere, & fabulam [illegible] obseruet, in [illegible] facilè [illegible] [illegible], vt [illegible] illa omnia [illegible] [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] more [illegible], [illegible] quod isti & istae faciunt, & sic [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible], vt optima seges suffocetur in [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] est in animo, [illegible] quod fortissimum quamque, ni Deus [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. Verè Gregorius: [illegible], [illegible] à bono opere, dum [illegible], [illegible] B. Iobus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible], & quasi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quamuis [illegible] retineret. [illegible] [illegible] in haec verba: Qui deridetur ab amico [illegible], sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum, [illegible] [illegible] iusti simplicitas. [illegible], [illegible] hoc [illegible] Iobus non quidem [illegible], sed tamen valde conquassatus est. Super [illegible] Iobi querela disserens Gregorius, [illegible] [illegible] [illegible] compendio complexus [illegible]. Huius Mundi sapientia est, inquit, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quae falsa sunt, vera ostendere, quae vera sunt falsa demonstrare. Haec nimirum prudentia [illegible] à iuuenibus scitur, haec à pueris pretio discitur, hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt, hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in alijs mirantur: quia ab eis haec eadem duplicitas, nomine palliata diligitur, dum mentis peruersitas, vrbanitas vocatur. Haec sibi obsequentibus praecipit, [illegible] [illegible], irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quicquid explere per malitiam non valet, hoc in pacifica bonitate simulare. At contra sapientia iustorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera vt sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam iniuriae vltionem quaerere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed haec iustorum simplicitas deridetur, quia ab huius Mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. [illegible] [illegible] quod innocenter agitur, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] putatur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est, [illegible] agere & [illegible], [illegible] omnia [illegible], [illegible] & [illegible] de [illegible] [illegible]. Tales [illegible] fuit, quos [illegible] [illegible] vocabant. Hi anno millesimo, [illegible] [illegible], apud Gallos [illegible], vti D. Antoninus meminit, [illegible], [illegible], [illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible], si quem è sacerdotibus [illegible] [illegible], [illegible] erat [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. Ab [illegible] [illegible], vt [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] & [illegible] [illegible], [illegible] sacrosancta Eucharistia [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] pedibus (horreo dicere) conculcata [illegible] [illegible] [illegible], & inde [illegible] [illegible]. [illegible] in Domino [illegible]. Philippus rex Galliae [illegible] ob [illegible] [illegible] appellatus Augustus, [illegible] [illegible] qui [illegible] ad [illegible], [illegible] omnes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

a Iob. [illegible]

b Gregor. l. [illegible] mor. cap. [illegible]

c *Iob cap.* 12. v. 4.
d *Greg. l.* 10. *mor. c.* 16.
e *Aurelius tom.* 2. *tit.* 17. §. 17.

§. III.

NOn absimilis hic Michael III. eius nominis Imperator in Oriente, Anno octingentesimo quadragesimo secundo, hic sacerdotes, antistites, sacra omnia irrisit. Quā in re primarium famulum, Bardam comitem, egregium adiutorem habuit. Hęc irrisorum scelera Deus oculis veluti clausis prętetibat, & tanquam dissimulator ea intueretur, cōniuebat, vsque in annum vicesimum sextum, quo anno Michael Imperator charissimum Bardam percepit occidi: ille districto gladio perterritus, genua Imperatoris advolutus, vitam solam rogabat; sed extractus & frustillatim concisus est, caput conto suffixū, & velut in ludicram pōpā peglatū. *Tu Domine deridebis eos*.

Eodem anno & ipse Imperator Michael debitum sibi pręmium tulit. Nam cum Basilius in eodem solio successet, illum imperatoris mentem, Imperator monitoris impatiens, aulicum famulum subornauit, qui Basilium impeteret hastā, veluti feram sicarius. Sed error hastę saluti fuit Basilio. Cautior exinde Basilius, ac cum alijs deliberatū, ebrium Imperatorem in cubiculo aggressus, & multis vulneribus confectum, manibus pedibusque mutilauit. ita Zonaras & Cedrenus. Iudicia derisoribus debita, etsi sopita videantur, tandem tamen euigilant.

Hic mihi alius in oculis est Michael Theutlinus, homo gente Germanus, sed inter cauillatores minimè postremus, hic in Pannonia infra Strigonium, à sacerdote sphęrulas precatorias, ac si à Iudaeo tesseras peteret importunissimè exigens: da mihi, aiebat, istos globulos precatorios. Dedit ille, sed qui petijt paullo post & globum accepit pectore, sed plumbeum, post quem nil amplius petijt. Hoc narrauit vir nobilis, qui Michaelis, tàm glande traijceretur, latus tegebat: *Tu Domine deridebis eos*.

Tria certè constituta sunt tempora illusoribus. Primum est quo se iudex sellam recipit, & ad sententiam dicendam componit. Eo spectat illud Salomonis: Parata sunt derisoribus iudicia. Alterum est monitionum & minarum. Eo pertinet illud Isaię: Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra. a Per Salomonem quoque monemur à Deo, qui sic queritur: Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, ego quoque in interitu vestro ridebo. b Tertium est denique sententię exequendę. Hic iam proclamat Isaias: Consummatus est omnis illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem, qui peccare faciebāt homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant. c Cauete ô Iuliani, ô Luciani, irrisores improbi: Cauete ô Momi, Noctis matre, Somno patre progeniti, qui ipsi quidem nil praeclari operis edere, sed aliorum opera curiosis oculis contemplari, & si quid omissum aut peryperam factum petulanter inridere consueuistis. Cauete, ô Christiani, dicacitatem & irrisionem. Praestat vel millies irrideri, quàm alios vel semel irridere. Iudex iam consedit, monuitque iam sępius minatusque est, compescitur, iam sententiam pronunciabit Iudex. Parata sunt derisoribus iudicia.

a *Isa. c.* 28. v. 22.
b *Prouerb. cap.* 1. v. 25. & 26.
c *Isa. cap.* 29. v. 20.

CAPVT XIV.

Derisores quàm grauiter sępe puniti sint.

SOlent ignes, quos fatuos vocant, plerumque sęse noctu vagari, & viatorem se sequentem, ad vada periculosa, aut praecipitia secum deducere. Lingua ignis est, & fatuus, qui sibi obsecundantes pręcipitijs proximos ducit. Lingua Derisoris eo frequenter excurrit, vbi vicinę sunt voragines, vt subito quem ducat, praecipitet. Derisor quo minus timet, plus habet quod timeat. Breuis Salomonis ratio est, Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes corporibus stultorum. a Quam autem hęc iudicia sint seuera, & quid supplicij expectet irrisores, post ea quae iam diximus, confirmatius exponemus.

a *Prouerb. cap.* 19. v. 29.

§. I.

ILle Domini ocellus Ioannes Apocalypticus, vidit è faucibus draconis, tres impuros spiritus emergere, velut tres ranas. Ex ore istius triplex vibratur lingua, nam tribus modis irrideri quis potest. Primo quidem cum corporis vitia, calvities, claudicatio, balbuties, hisque similia opprobrantur. ita pueri Elisaei calvitiem irridebant. Deinde, cum animi defectus, simplicitas, ignorantia, stupiditas, ingenij tarditas objiciuntur. Hic mille sunt agnomina, caudex, stipes, fungus, stupor, bardus, asinus, stolidus. In hanc impiam dicacitatem Christus sententiam mortis, & quidem *aeternae* tulit: Qui autem, inquit, dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio, qui autem dixerit Fatue (animo scilicet iniuriam spirante) reus erit gehennae ignis. Tertio, cum defectus fortunae, paupertas, generis obscuritas, officij vilitas aggeruntur. ita Pharisaei Christum non nisi fabri filium vocabant. Hic saepe gravius peccatur, cum à nobilioribus & ditioribus, tenuioris fortunae hominibus insultatur. Alienus ab hoc vitio Salomon, sum quidem, inquit, & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno (de meliore luto finxerat) & ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium. a

Et genus, & proavos, & quae non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco ——

Quid ergo istas saepè obijcio, cum eum plerumque plus ornet paupertas, quàm me divitiae? Sed parata sunt derisoribus iudicia.

Gedeon fortissimus heros insequebatur hostes cum trecentis militibus, quibus prae lassitudine & fame deficientibus, panes suppeditari petijt, et collapsam videns, reges Zebee & Salmana liceret persequi. At Socothenses principes, à quibus subsidium illud petitum, illiberali prorsus sarcasmo Iudicem: Numquid alone, victoriam iam manu tenes? tempe iam triumphum canis, ideo postulas, ut commeatum exercitui tuo suppeditemus. Quibus Gedeon. Ubi vicero, inquit, vestra delicata vestrum luctis. Vicit, & ad cavillatores illos quasi promissa repetiturus, septuaginta septem viros, primates urbis, inusitato supplicio affecit, nam eos humi stratos, & spinis ac paliuris laceratos, magnoque impetu contritos necavit, turrim Phanuel evertit, & omnes urbis incolas trucidari iussit. b Scilicet tormentum & acerbum interitum derisoribus supplicium debebatur. Sic omnino, sic parata sunt illusoribus iudicia, iam calet furnus quod illorum capita confricabit, iam stat patibulum, quod illos in altum elevabit. Res patebit à pluribus exemplis.

a *Sapient. c. 7 v. 1. usque ad 5.*
b *Iudic. c. 8. v. 4. & 16.*

§. II.

ANno à pariente Virgine, millesimo trecentesimo quadragesimo, Philippus Valesius Rex Galliarum contra Flandros Gandenses arma movit. Illi ad conflictus exordium, gallum gallinaceum in tabula pictum velut labarum praetulerunt, cum hac inscriptione: Cùm gallus hic cecinerit, Francorum rex vincet. Magno stetit hic iocus. nam è Flandris novemdecim millia & octingenti in acie caesi fuere. Nimirum parata erant derisoribus iudicia. Quemadmodum porro in plateis inepte & improbè se gerenti dicitur: *Abi modò*, pater te domi salutabit recumbentem virgis.

Anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, tempore verni ieiunij, sacratissima Christi passionis hebdomade, milites Comitis Ludovici Nassovij in Belgio hibernabant, & carnibus temerè vescebantur, nec sine summa gratulatione, quod liceret esse tam liberis nobis & ex legibus. A castris non procul aberat Philippus Olzanus parochus, theologus hic cohortatus ac pessimis exemplis animatus, legibus Ecclesiae standum facere, annonam inducerent, impios illos milites nunc quidem *ridere*, forsan brevi ploraturos. Dictum viri vaticinium videri potuit. Nam quarto paschatis die, *cum adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* a & tota eorum exercitus, cum omnibus ducibus, inter quos Ludovicus & Henricus Nassovij, ad internecionem ab Hispanis caesus est. Parata sunt derisoribus iudicia. Crux altissima Amanum iam expectat; Assuerus rex subito mane pronunciat quid sibi velit & pendebit Aman.

Anno

Anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo excusus Antuerpiæ dialogus Pasquilli & Pasquini colloquentium de rebus gestis Caluini, Bezæ, Vireti: auctor scripsit Emanuel Tremellius, qui & hoc commemorat. Lausannam ibant Geneuâ duo simul perquam familiares. Initiante omne cælum in iras effusum, fulgure & tonitru minabatur. Hic alteram alter Catholico ritu se cruce signauit. Ad quem socius: Quid agis, inquit, num muscas abigis? Dixit, & mox victor hæsit à tergo Deus. Nam fulmen destinatissimo ictu hunc vanum petijt, intacto altero, qui id Geneuæ statim vulgauit. Sunt certè parata derisoribus iudicia. Cum contigerat homines, cælum vtrisque pectus repetunt.

Anno millesimo quingentesimo octogesimo primo, die Dominico Corporis sacra Bisingam venit Elisabetha Blæssina vna cum marito, matre suâ, atque ancillâ. Elisabetha brachijs infantem gestans matre & ancillâ comitantibus, sancti Scanni ædem ingressa, pro suggestu dicentem audijt & irrisit. Tunc in concione loci Curio Michael Herzog rem diuinam exorsus est. Femina hæc curiosius an procacius, cum infante accedit aram sacrificantis: hic subito velati fulminata corruit, adstante Georgio Orlando qui præfectus erat vrbi; infans tollitur illæsus, mater mota nec sibi præsens effertur templo, vbi multum sanguinis ore naribusque reiecit, quamuis eo casu non mortua. Fassa sunt postea mater & ancilla, illam, antequam corrueret, dixisse: accedam propius, vt videam quid stultus iste (sacerdotem designabat) gesticuletur. Sed parata sunt derisoribus iudicia. Vindicta subinde claudicans venit, sed venit tandem, & plerumque quo lentior, hoc vehementior.

Anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio Nouesiæ in agro Coloniensi femina hæresin clam fouens pectore, Catholicorum templo abstinuit. Eius rei caussam aliquoties interrogata, illud tandem sollemne respondens: Altum est ædificium, inquit, nec promittit se non casurum. Iocus videri poterit innoxius, non fuit, nam eo ipso tempore totam vrbem exercebant dissidiis varia cum templo, alio loco condendum, hoc vbi femina illa inaudijt: gaudeo, inquit, me superstitem in patria vidisse templa etiam papistica destrui. Itaque duabus ancillis comitata, egressa est vrbe visura demolitionem ædis. Columnæ illius iam detersum erat, cetera maiorem partem soluta. Dum ergo secura obit singula lustrans, columna inclinata in feminam ruit, eamque mole sua obruit. Quis columnam impulerit, facile est cogitare; is vtique qui sæpè iocantem audijt. Parata prorsus sunt derisoribus iudicia: a et mallei feriendo pascentibus iam imminent corpusculæ.

a Psal. 77. v. 50.

§. III.

AD rem testatissimam quid Tilemanus Bredenbachius commemorat? Vir, inquit, moribus & eruditione spectatissimus nuper ad nos Antuerpia perscripsit ista: Cum Patres Societatis Iesu è suo Collegio recens illuc condito, factiosorum hominum opera pulsi, vrbeque cedere iussi essent, quidam Caluini sectator, ea exultans domum iam vacuam se penetrauit, & colligari stramini fasciculum è fenestra suspendit. Consuetum hoc signum est earum ædium quas lues contagiosa infecit. Collegio sic insignito, mox alius eiusdem religionis homo adfuit ex compacto, & fores pulsauit. Alter, qui stramen infame appenderat, prospiciens, & velut indignatus; Quid hoc, inquit obsecro pulsas? signum pestilentia, lippe, non vides? Omnes in hac domo pestis consumpsit. Nec distulit Nemesis. Eodem prorsus die irrisoris illius domum corripuit pestis, cum tamen extrà nihil circumquaque contagionis serperet. a

Eodem tempore Antuerpiæ, via cochlearia marsam sortiunt aliqui media platea, & inter maximas gratulationes fixam personam conficerent. Vnum omnium gaudium erat, quod infestum illud genus hominum purgasset vrbem. Dixisses Romam pulsis regibus non sibi feliciùs gratulatam, quàm illos eiectis Iesuitis. At paullò post hanc ipsam plateam inuasit pestis, & breui quadraginta homines, nec infimæ plebis, Libitinæ tradidit.

Addo. Ante annos viginti, Augustæ in æde Salazoris quadraginta horarum comprecatio instituta est, auertendæ pesti. Fecit templum transijt Pamicius à Lutheri disciplina, & quid illuc rerum agerentur quæsiuit,

fecit, multa insuper iocatus in Catholicos ritus. Sed vix domum redit, & peste correptus moritur ipse vitam, saluis alijs omnibus, iam sana, quam in lauctia vtrisque domibus. Iudicia derisoribus nunquam non parata sunt. Balnea vestra iam calent; ite, infoelices, ite; ingredimini, sed non lauandi, neque locuri amplius.

Sed nondum abimus ab hac Vindelicorum vrbe Augusta. Fuit Patricius Augustanus, cui adultae iamque nubiles erant filiae, nulla proles mascula. Hic in conuiuio filiolum contribulis cernens, puerulum mire affabilem, & obiectandis parentibus natum, ad suam ipse coniugem versus, & nobis, inquit, talis filiolus esset, ô mea vxor. Audijt Deus, & vota prorsus iocanda liberalissime concessit, quicquid optabatur, & plusquam optabatur. Huic enim viro sex ordine filij nati sunt, & quod in votis erat, omnes stulti. En

——— *votorum summa, quid vltra*
Quaeris? b

O mi bone, nimis frigida facetia est, qui cum Deo vult ludere. An nesciebas parata esse derisoribus iudicia? Cum superis iocari nemini concessum. An nunquam audiuisti cerasa quidem cum magnatibus edere, tutum esse, sed ad finem pergimus.

a *Bredenbach. l.7. coll. sacr. c.86.*
b *Iuuenal. sat. 5. v. 18.*

§. IV.

ANno octingentesimo quadragesimo quinto, vti Annales Francorum memorant, a Dani Christianis sacris needum imbuti, rege suum Horrich suum, Gallias infestis armis inuaserunt; portu Rotomago, secundo Sequana flumine Parisios properantes, duce Ragenario, qui ipsis passibus peruigilibus, vrbem incolis metu diffugientibus vacuam facile cepit, & inter alia sancti Germani coenobium expilauit. Demum a rege Carolo argentis rationibus inductus, in suas terras transijt, iuramentoque non [illegible] se nisi [illegible]. Post haec apud regem suum gloriatus est Ragenarius, vrbem a se captam, monasterium sancti Germani spoliatum, sed & illud adijcit, mortuos paene viuis robustiores esse Parisijs, nullum enim sibi adeo restitisse, atque capitalem illum senem Germanum. Dixit, & mox tremens miser, [illegible], in terram ruere, & horrendum vociferari, Germanum adstare, & baculo me ferit. Vt ergo dicti factique poenitentiam agere videretur, statuam argenteam sui corporis modo aequalem fieri, & ad S. Germanum iussit deferri cum hac sponsione, si morbi vim euaderet, Christianum se futurum. Sero nimis sapiunt Phryges, ô Ragenari. Nihil agis, quia quam tristis agas, nouit ille qui corda scrutatur. Ita frustra fuerunt vota; non multo post infelix crepuit effusis visceribus. Parata sunt paratissima derisoribus iudicia. Diuinae vindictae brachium nunquam non extentum, cauete irrisores, hoc aut illo feriet.

Dicta confirmet Bricius, Turonensis post S. Martini diaconus, qui sanctum antistitem Martinum saepius delirum senem, superstitiosum sacerdotem, infamem Episcopum vocitabat, vti Gregorius Turonensis refert a. Fuit quidem Bricius, homo magni iudicij, celeris ingenij, sed & castis moribus. Deus tamen irrisoribus illius impunitatem non concessit: poenam vltra triginta tres annos distulit, tandem crimini poena debebatur. Euolutis tot annis, tandem irrisionis poenas repetijt Deus. Bricius quamuis insons, accusatus est stupri, nihil hic verbis actum, nulla excusatio admissa, vitae etiam periculum imminebat; demum eiectus est in exilium, quod ille septennio toto tolerauit. Hic forsan Bricius contra Deum queri, & dicere: Domine, quae haec iustitia est? nosti me sine innocentem esse? cur meam sic opprimi patris innocentiam? cur sic infamem fieri consoletas? At recordare illi, meministi, mi Brici, qui tu antistitem tuum Martinum crasseris, quibus eum contumelijs incesseris, quam illum crebro irriseris: tu forsitan haec oblitus eras; non item Deus. Iam exiguntur a te poenae quae ante annos triginta tres fuissent exigendae. Vt noris, parata sunt derisoribus iudicia: & licet castigatio quandoque differatur, non tamen remittitur.

Idem nobis quibuscunque alijs vitijs crebrescentibus, cum, etiam noua sumus, & tamen veteris noxij grauiter patimur. Hic nos lamentari, cum Deo expostulare, caelo terraeque iniurias nostras queri, proclamare nos insontes. Sanus sane, sed nec tantillum sapimus. et memo-

memoriã non repetamus ea, quæ iuuenes peccauimus, & muldam capitalem. Quisquis igitur meliora meditator, ita fecum ratiocinetur: Ego si conscientiam meam interrogem, hæc certe malis vacuam pronuntiet. Et hic qui dam mihi vix insidiat, atque supplicium de me feuerius inferet. At Deus tenacis est memoriæ, qui iam castigat, quod ante multos plurimos deliqui: an non ego simili parquitia in alterum efferbui, quam ab altero iam patior? Iam ergo nomen hoc expungo, vindictam in me pridem paratam; ita dilubit Deus, iam sentio manum vindicantem. Fatebor igitur iure me plecti, & hoc gratiam interpretabor, debitum mihi supplicium non differri ad aliud tribunal. Admitto patienter castigantis Domini plagas & verbera. Scio, nec minimam quidem noxam à Deo impunitam dimitti, inflictibus præsertim Deum esse infensissimum, pœnas iis indicta non nescio.

Sero molunt Deorum molæ, tandem tamen redditur farina, quale est datum frumentum.

a *Ammianus l. 5. c. 10*

b *Greg. Tur. l. 5. hist. Franc. c. 1.*

CAPVT XV.

Quid Detractio sit, quotuplex, & quam graue peccatum.

ANno millesimo sexcentesimo decimo septimo in publicum datus est liber hac planius inscriptione: Liber equestris de arte equitandi, de quorum habenis, loris, retinaculis &c. O bone Deus quis non ingemiscat ad hunc librum? Ergo equis lupata, frenos, capistra, psalomides, ecce ex arte facere, & equitum tribui inferere nouimus; Ergo equos quo volumus habenis flectimus, & linguã hanc indomitam nullis retinaculis coercere possumus? nullum hic lupatum, postomis nulla satis compescere potest hanc effrenatam bestiam; hic ora his frena, hic capistra scripsissem frustra sunt. Infrenis esse vult lingua, vult equus in pascua. Ad rem omnino sanctus Iacobus: Si equis, inquit, frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circumferimus. Linguam autem nullus hominum domare potest. Ea certe quæ obscœnitate est lingua, venenosissima, vndequaque letale virus eiaculatur. Detractio ingens Orbis malum nunquam satis vel discutiendum, vel deplorandum. Ea de hoc dicere aggredimur. Nota certum vocabula tam hæc quam alia peculiaria; quam ea sint latinam generis laborantur. Atque hæc quidem disputatione. Quid sit Detractio, quotuplex, & quam graue peccatum sit explicabimus, certo suo ordine distincti.

a *Iacobi c. 3. v. 3. & 8.*

§. I.

QVid ergo est Detractio? Diuus Thomas Aquinas sic eam depingit: Detractio est denigratio alienæ famæ per verba occulta. *a* Nam verbis dupliciter quis lædi potest. Aperte & in os lædere, contumelia est; occulte & absentem ferire, detractio est. Vox ipsa, *Detrahere*, rem omnis sublicem, nam cum fama seu bona æstimatio alicuius, aut certe imminuitur, idem pene fit ac si latrunculo uncto tacito gressu post honestum ciuem irrepsit, pallium illi subito abstrahat, eoque se inuoluat, & in tenebris condat. Super hac eadem re, vt Palladius meminit, interrogatus est Antonius Magnus, quidnam sit Detractio? At ille hoc responsi dedit: Est omnis sermo malus, quem non audet quis præsente eo proferre, de quo loquitur. *b* Vbi mens bona & intentio recta est, duobus tantum modis de alterius peccato sermo inferri potest. 1. Cum res iam peccati in vulgus promulgata, & in sermone omnium cœpit esse. 2. Cum ei dicitur, qui peccantem castigare & iuuare potest. Et ad hoc faciendum sæpe etiam obstringimur, vt docet sanctus Thomas, *c* ne vitius occultatum serpat. Iosephi certe nec detractor fuit, nec proditor, cum accusaret fratres suos apud patrem crimine pessimo. *d* Quando vero alicuius graue & letale delictum nondum fuerat celatum (vix enim duo tresue illius conscii sunt) detegitur, & ab vno pluribus panditur, vnde illius, de quo hoc panditur, nomen ac fama læditur, præsertim si is qui eiusmodi enuntiat, eo id animo faciat, vt absenti male loquatur, tunc sane grande & vere & mortiferum delictum est, etiamsi veniale sit, quod hic de altero manifestum facit, etiamsi suis id oculis viderit, aut suis ipse auribus audierit. Nam dum hæc talis ita indicat, quibus

non essent indicanda, non correctior, sed proditor est.

Detractionis origo, aut superbia est dum obtrectator suam effert sententiam; aut est levitas animi dum aliis studet placere, talia narrando: aut invidia est dum aliena lucra, sua damna reputat, felicibus aliorum successibus ægrescens; aut simultas est, & alienatio, dum animum vindictæ appetentem satiare desiderat. Sed & alia hujus mali seminigo est, longa maledicendi consuetudo, tunc enim non cogitantibus etiam elabitur mordacium telum, eliciturum sanguinem. Qui tam malo pravoque maledicendi habitu sunt correpti, non male responderint idem quod Zoilus, canis ille Rhetoricus, ut eum nominat Ælianus e. Zoilus iste Polycratis fuit auditor, homo male loquendi studiosissimus qui stylum in Homerum etiam, Platonem, aliosque stringit. Et cum ex eo quidam eruditus interrogaret, quamobrem omnibus male loqueretur? Quoniam, inquit, male facere, cum velim, non possum. Hæc obtrectatorum mens est, ut quibus re aut manu nocere non possunt, eos saltem lingua vel absentes feriant. Hinc beatus Thomas Aquinas: Auferre alicui famam, inquit, valde grave est, & ideo Detractio per se loquendo, est peccatum mortale f. Verissime Bernardus: Detractio, ait, grave vitium est: detractio grave peccatum est: detractio grande crimen est. g

6. Detractor, *meretix adulteratur & fur est.* Invictiam enim sic exercet, ut ubique reprehendat: Apage hunc nummum, aiunt, nimis ærosus, nec ad libellam probus est. Ita crebra verborũ insidijs plurium improbitate se contegunt, aut ubi conspiciunt, in antiquas tenebras relabuntur, ubique reperiunt quę lumen ac fortunæ obstruunt. Est enim quidem velut proba atque legitima moneta, sed detractor quispiam sic eam contumeliis, sic hominem illum describit verbis, ut nunquam ei bene sit. Detractores & delatores falsos flagellis ac fustibus cædi, & in exiliũ pelli Vespasianus imperavit; vivos etiam exuri Augustus mandavit; ocnale cædi Maximinus Imperator iussit, capitali pœna affici M. Antoninus Pius voluit. Optimè dicit Salomon: Abominatio hominum detractor n. Hoc quidem non faremus malum foret, odio esse pluribus, nam & Christus prædixit: Eritis odio omnibus hominibus. Sed attẽde quid adiungat, propter nomen meum o. Detractor non tantum publicum populi odium, sed & Dei est, id que suo merito. Nam, Detractores Deo odibiles p. Hæc oculos illis commemorantissimus. Odibile Deo Idcirco Salomon commonet. Cum detractoribus, inquit, ne commiscearis, quoniam repente consurget perditio eorum; & ruinam utriusque quis novit? q

a Eccli. c. 19. v. 11.
b Iob c. 19. v. 22.
c Greg. l. 14. mor. c. 14.
d Ovid. l. 3. Metamorph.
e Ezech. c. 5. v. 10.
f Hierem. c. 19. v. 9.
g Prov. c. 2. v. 21.
h Eccli. c. 9. v. 25.
i Chrys. in ps. 49. paullo ante finem.
k Num. c. 15. v. 15.
l Vide Chris. Sep. Aelianus. de moralis Zelot.
m Aristoteles lib. l. 7. Animal c. 4.
n Prov. c. 24. v. 9. o Matth. c. 10. v. 22.
p Rom. c. 1. v. 30. q Prov. c. 24. v. 21.

§. II.

7. DEnique Serpens est detractor, hoc ei nomen potius inde deberet. Ecclesiastes appositissime: Si mordeat serpẽs, inquit, in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit a. Detractiones narrant, eamque reprehensionem verba: Cavendo detractio. Detractionem enim à contumelia discriminant theologi, quando quidem contumelia præsentium lędit & dehonestat, detractor absenti contractat, bonę famę estimationem imminuit.

Ex omnibus omnino animantibus, solum serpentem Deus execratus est, ex omnium hominum numero præcipue detractor diris devotus & execrabilis est. Sunt autem serpentes, qui ut vivant, mortem suam necant, detractor antequam alijs noceat, sibi ipsi ac suis nocet plurimum. Et sicut serpens facile lędit, utroque morsu totum corpus inficit, ita detractor paucis verbis, famam & quandoque vitam aufert alteri. Quemadmodum vero diabolus callidissime Serpens dicitur, sic detractor hic in re diabolo simillimus, & accusator fratrum suorum est, & ubi accusare non potest, calumniatur. Vetustissime vates detractoris tanquam serpentis dirissime colorum pellem ita depingit:

——— Absentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, solutos
Qui captat risus hominum, famamque dicacis,
Fingere qui non visa potest, commissa tacere
Qui nequit: hic niger est, hunc tu Romane caveto b.

Bene verbo dixit Bernardus: Fuge detrahentes quasi serpentes c. Sunt serpentes qui summi ve-

intelligendum non cauda, sed lingua, aut vesicula sub ipsa lingua, aut dentium carnalis, aut ipsis dentibus connectitur, itaque venenum mordendo infundunt, vel etiam spuendo iaculantur. Hinc Aristoteles *Aspides spuentes*. His serpentibus simillimi detractores, qui letale virus lingua occultant, illudque effundunt loquendo. Et quamvis haec vipera vix ullum sui morsus vestigium relinquat, mortem tamen infert certissimam, ... aegre visibili. Hinc Cleopatra quae gladios & vulnera horrebat, non aliud quam celerem, & placidam mortem quaerebat, aspidis morsu vitam finire decrevit: ita detractor saepe non grandi tumultu facit, & vix notabili afficit vulnere, famam tamen necat.

——— *absentem qui rodit amicum.*

——— *hic niger est, hunc tu Romane caveto.*

Nec levi tamen studio cavetur: si quidem detractor vel colubro cavendus est, virus detractoris paene immedicabile. Hoc supplicii genus minatus olim Deus: Ecce ego, inquit, mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos. Romanus Sapiens: Tuto, inquit, serpens tractatur dum riget frigore, non desinit tunc venena, sed torpent. Aeliano & Plinio auctoribus, ad primos Euphratis ortus serpentes nascuntur externis quidem nocentissimi, nō item indigenis. Angues in Syria maxime ad Euphratem, dormientes Syros non attingunt. Praeterea in Africa Psylli, in Syria Syri, in Cypro & Hellesponto Ophiogenes, in Italia Marsi, genus hominum est, quos anguigenas vocant, qui nullos timent serpentes: & apud Aegyptios mansuescere tradunt aspides. Sed lingua detractoris nullam induit mansuetudinem, nemini nō formidabilis, quae suos perinde atque exteros, amicos, inimicos, probos, improbos, dormientes, vigilantes, vivos, mortuos invadit, mordet, inficit, perimit universos. Recte dixit Chrysostomus: Qui detractioni studet, diabolo servit. Grave malum, turbulentus daemon est detractio f.

a *Eccles. c. 10. v. 11.* b *Horat. 1. serm. sat. 4.*
c *Bern. de modo bene viv. ser. 17. post med.*
d *Hierem. c. 8. v. 17.* e *Seneca epist. 42.*
f *Chrys. in ps. 100.*

§. III.

Sanctus Arnulphus natione Belga, sedis Metensis antistes, illis temporibus quibus ad urbis, agrorum & frugum calamitatem avertendam supplicaturus, cum suis extra pomoerium supplicationem instituit. Ex turba quaedam femina male genio inflata, quae sordide clamoribus prodere se coepit. Accurritur ad Arnulphum praesulem, qui eadem domo hospitio per rem occupato ... capessit. Varius hic vulgi rumor: Noddo, vir improbae linguae, & tunc probe appotus, in sanctum praesulem multa incipit garrire. Et quis, ait, est ille episcopus? domum habet non ubique quoque sanctam etiam a malis sanctis hominibus ipsius limina teruntur, etiam sancti noctes ... homines. Haec non impune dixerat malignus. Etenim Nemesis non praeteriit. Noctu incendium aedes invadit, & Noddonem cum socio sic corripit ut soli ardere viderentur; illi hoc unum, *Aquas, Aquas*, clamabant, *Aquas*. Demum prosiliunt miseri, & humi se volutant ... sed vix tandem inhaerens flamma comprimitur. Passus est bonus Deus, illos tunc evadere incendium, sed eosdem ad poenam reservavit. Nam ille detractor, in his ipsis criminibus, quorum praesulem sanctum arguebat, convictus, caput perdidit, quod utique servasset, si didicisset servare linguam. Pessima vulpes, inquit Bernardus, occultus detractor.

Nova priscis misceamus. Anno millesimo sexcentesimo sexto Zagabriae in Austria, quidam non e plebe, viris religiosis in consessu plurium graviter detrahebat, & locum loquentis digito monstrans: Inde, inquit, praecipitandi sunt hi nebulones. Post paucas vertente horas, his ipse illic conscendit, & e summo fastis capite pronus ruit; inde seminecem ... domum. Ubi a ruina tam gravi ad se rediit, Dei manifestissimam in se vindictam fassus est. Atque ubi convaluit, supplex veniam petiit ab iis ipsis quos laeserat. Non detractoribus solum, sed & detractionibus parata sunt iudicia. Nec quisquam hoc miretur, Detractor pessimorum furum pessimus fur esse ... furto subtractam non raro servat, sed abiit in praedam coniicit, facitque decem millia furtorum, unico, quod primum ille commisit, furto: Verum detractoris linguam, multa linguarum millia sequuntur, & hoc omnes agunt, furari famam. Quapropter iis iam parata sunt etiam detractoribus supplicia.

Martinus diui Benedicti nouissimus discipulus, è suo in beati Marini coenobium migrauit, vt sacrum aedificium illic molitetur, vbi architectum subito rumore male collisum miraculo sanauit. Commentarij soluti cum hominibus. Quis scit, aiunt, qua illum arte in integrum restituerit; monachos est vagae habitationis, Edat ei qui volet. Audijt Deus, & mox adfuit vltor à tergo, tres daemones malos genus infecit, vnus adeo misere habitus est ab hoc suo hospite, vt legibus cum eiulatu expirauit. Martinus vbi hoc inaudijt, recta in diui Martini aediculam se recepit, & tribus horis continuis, in preces se effudit, deinde obsessos accedens: Dei filius, inquit, qui suis potestatem dedit calcandi serpentes & scorpiones, liberet vos. Cumque illi magis furerent, spiritus immissi in eo furiosiorum, ita demum ingenti cum foetore, nota symbola relicta, excesserunt Germani hospites. Ita Deus infestum solet animaduertere. Lex est: Non eris criminator nec susurro in populo. b Vtinam sentirent Deum, quisquis aulae facit hanc Dei legem contemnere.

Narrat Paulinus, ille priscorum Patrum laudatissimus, duos sacri ordinis viros subito lapsu corruisse, quod Ambrosio Mediolanensi praesuli defuncto detraxissent. Ex his alter sacerdos Afer, sed Mediolani in sacerdotem venit, hic in conuiuio contemptum Ambrosij antistitis tam sanctis laudibus obtrectauit. Auditores habuit non valde benevolos. Sed hoc illi tristissimum, quod & Deum habuerit auditorem. Nam subito miser expallescere, vocem turbare? arctibus tremere coepit, sic inter brachia deductus est ad lectum, & vna ad letum. Dixit Augustinus: Deus totus, pes est, totus & manus, & oculus est; adde, totus & auris est; vidêre quàm nihil obaudiat! Detractores Deo odibiles. Nec quisquam purgauerit culpam, etiamsi prolixione vtatur: Ita forsan haec dicuntur sine quaestione, vt de Marias & feminas mares, mihe ... quidem vendere licet. Audisti hac ... alium certa, vt ea clanculum sint dicta. Seruandus monet: Audisti verbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te, fidens quia non te dirumpet. c

a Rom. ser. 62 in Cant.

b Leuit. c. 19. v. 16. c Eccl. c. 19. v. 10.

§ IV.

PRandiam subinde cenium instituunt collocatores aliquot, tanquam compotores, quibus iniuam confert symbolum sed hoc demum agitur, vt absentes qui non praesiderant, soluant symbola; plerique omnia damno aliorum ducuntur. De his symposiis praemonet Salomon: Noli, ait, esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnem ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & symbola dantes consumentur. a De his symposiastis apposite Gregorius: Qui alienae vitae detractione pascuntur, inquit, alienis procul dubio carnibus saturantur. Potibus vacant qui de vitae alienae opprobrio se inebriant. Carnes quippe ad vescendum conferre, est in collocutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere, symbolum vero dare, est, sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractionis, verba conferre. Vehementer autem panem dormitatio: quia despectum & inopem à cunctis bonis operibus mors sua inuenit, quem hic ad alienae vitae exquirenda crimina detractionis suae languor occupauit. b Nec nouâ purgat, dicere: Leuia sunt haec. Saepe enim parua scintilla magnum excitauit incendium: lingua detractoris spargit eiusmodi scintillas, in incendium gliscentes. Sunt omnino leuia, dicet. At si grauiora forent, etiam illa effutires. Tu vero perpendis leuia haec esse. Attende non sunt leuia quae inuidiam olent aut superbiam, quae animos dissociant, leuia non sunt. Neque enim leue quid est, alterius famam vel leuiter imminuere. Non minus homicida est graphio aliquem atque gladio occidere. Non minus interijt Cassianus patrilis manu & minoris valetudinis condoles, quam si Hectoris aut Achillis manu cecidisset: quanto enim infirmior erat manus pugnantium, tanto grauius fuit diluta mortis supplicium, quanto leniora videntur detractoris punctura, tanto subinde perniciosius sauciat. Hanc Deus impunè abire non sinit. Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. c Thomas Cantipratanus, Cameracensis praepositus, suis se oculis vsurpasse affirmat non minus horrendam quam admirandam huius vitij vindictam. Noui, ait, sacerdotem, no-

tem, nomine magis quàm re talem, qui eo linguæ petulantia prolapsus erat, vt quos facilè alios etiam sacerdotes in infamiam traheret, de seipso pessima quæque mentiretur. Hic morti iam vicinus, summo æstu, tanta in seipsum rabie debacchatus est, vt dentibus linguam maledicam fœdè laniaret & commolere, idque palam omnibus ostendere inde supplicij exordium sumi, vnde ille sumpsisset peccati. Sapientissimè monet Ecclesiastes: Ne temere quid loquaris &c. Deus enim in cœlo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui. Nondum cæruleas illas plagas transuectus es: nisi tuam ipse sis pædagogus vitiosissimam, non peruenies illuc: abibis in voragines ardentium focorum. Quod si custodiam vis mentem tuam, tum tu prius custodi linguam, omnem detrahendi libidinem dedisce.

Sacerdoti, quem dixi, non multum absimilis fuit in Angliâ olim vir religiosus, sed veste solùm non moribus, qui subinde detractionis dente quosuis lacerare solitus est. Hic cum iam in extremis ageret, monitus & rogatus est, sollicitè cogitaret, quod iam iter insisteret, quo tenderet, de totâ iam æternitate agi. At ille: Omittite hæc, inquit, monetis frustra. Illi verò diuinam clementiam opponere, fiduciam in Deum suadere, & omni modo animum ad alta erigere conati sunt. Sed moribundus linguam exerens, & digito eam percutiens: Hæc, inquit, lingua pessima me damnauit. Dixit & lingua repentè sic intumuit vt in fauces retrahi nequiuerit. Ita infelix expirans grande documentum dedit detractoribus, vt alienis saltem detrimentis sapere discant, & emendatiùs loqui.

Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. f

a Prou. c. 25. v. 10.
b Greg. tom. 2. l. 14. mor. 24. fine.
c Iac. c. 4. v. 12.
d Ecclesf. c. 5. v. 11.
e Ioan. Maior. Bar. Iesu Thom. in Spec. Exempl. pag. 285. col. 2.
f Prou. c. 21. v. 23.

CAPVT XVIII.

Auditores Detractorum quàm grauiter delinquant.

MAgnes tam arcanæ quàm admirandæ prorsus virtutis est, vt vel experientiam de eo loquentem audiamus. Vt acicum cuspis si magneti adfricetur, ita vulneret, vt is qui pungitur, non sentiat se vulnerari. Rem ex fide narrat Hieronymus Cardanus, affirmatque se vidisse magnetem in ædibus Laurentij Guasci medici, quo si acus aut ferreus stylus fuisset illitus, quamcumque corporis partem infigi sine sensu potuisset. Res hæc, ait Cardanus, mihi visa incredibilis, ergo vt experimentum rei ego ipse caperem, magneti acum adfricui, eam deinde in brachium immersi, cumque latenti totum iam penetrasset, ac si quidem sensi sed dolorem nullum. Atque vt hoc magis certius constaret, brachium infrà etiam eam acu, varias in partes fixi, sed nihil doloris sentiebam, nec sanguinis quidquam effluebat, solum punctaræ vestigium cernebatur. Addit Cardanus, quale huius rei experimentum cepit: Mediolani Alexander Veronensis, hic gladium oleo perunxit ea ratione vt potuerit quoslibet & sauciare, & sanare, sine vllo doloris sensu.

Detractio talis prorsus est pugio, talis omninò gladius est, infigitur, lædit, vulnerat, & quidem vno ictu; sauciatur enim detractor, detractionis auditor, & is de quo detrahitur, sed ille qui periculosissimè vulneratur, omnino ad sentit detractor, de quo superiore dissertatione egimus, nunc de auditore detractionis agimus. Hic exponemus quàm graue sit delictum non tantùm de alijs detrahere, sed & beneuolè audire detrahentes. sic verò & detractorem, & eius auditorem instituemus.

§. I.

HOmerus, ille poëtarum parens recenset, quâ ratione Vlysses se gesserit inter nauigationis socios. Syrenas vir cautus sirenas cantatrices pellacissimas (vt fingunt) solere dulce canere, canendo sopire, sopitos enecare. Vt hoc periculi cum suis euitaret, sociorum

aures obturauit cera, seipsum alligari iussit, dum has auium insidias prænatauerunt. Profectò non oculis tantum, sed & auribus sua sunt pericula, ideo sepimentis opus est ad arcenda hæc animi mala. Agrum & hortos conseptis nil noui est, sed nouum forsan videatur si circumsepiantur aures. Ac hoc ipsum Siracides accellentè pro suo iudicauit. Sepi, ait, aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis *a*. Non sentibus contextam, sed vepribus asperam, paliuris horridam vult esse aurium sepem, si quidē arcendus sit detractor ab hoc ingressu aegram asserit, horum à fentibus defendunt sepimenta, aures à detractoribus spinæ. Hos enim si velis arcere, spinas aggressiuis obijce, ostende tibi ea quę dicentur, minime probari, caue vanas & beneuolas aures præbeas; metu detractor te his scurrilitatibus pridem esse satietum. Quod si benignè audias, quicquid tibi alter in aurem garrit, vide cui consentiendus sis.

Duo canes vnum os rodunt, res plane noua & inuisa, ac pene prodigium. Enimuero si detractor & illius auditor tam bellè inter se conueniunt, alter narrando, alter auscultando, quid eos esse dicemus nisi duos canes qui os vnum arrodunt, nempe vnius aut plurium mores probi ingenij examinantur, tinguntur, cribrantur, varie demum lacerantur sermonibus. Hoc reuera est ossa rodere, & dentibus concerpere, quam autem ambo grauiter delinquant tam detractor quam auditor detractoris, Bernardus sincere pronuntiauit: Porro, inquit, detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim *b*. Addit: Verbum fratrile quod faceti vrbanitatis nomine colorat, non sufficit peregrinari ab ore: procul & ab aure relegandum *c*. Hinc ingeniosè quis dixit: diabolus & in detractoris ore, & in auditoris aure æqualiter desidet. Etenim facilis auditor, instructor est alterius, vt quod cœpit, liberius, copiosius, audacius pergat. Sicut autem suasoris & delinquentis par culpa est, agens & consentiens pari pœna puniendus est, ita detractor & auditor pęne pariter flagitiosi sunt. Hoc Thomas Aquinas clarissimè definiuit his omnino verbis: Dicendum est, inquit, quod si aliquis detractiones audiat absque resistentia, videtur detractori consentire, vnde fit particeps peccati illius *d*. In eandem sententiam Hieronymus: Caue, inquit, ne linguam aut aures habeas prurientes, aut alijs detrahas, aut alios audias detrahentes *e*. Sed dices ipse ego non detraho, alijs loquentibus quid facere possum? Ad excusandas excusationes in peccatis illa prætendimus *f*. Et quæso te, si vagientem in pago maneres, & inde canis periculo ingenti cum latratu, tanquam iam iam incursurus doneret, an non ægrè ferres, si domestici canem non cohiberent? quid si eum contra te incitarent, tanc iniuriam dissimulares? Mutato nomine de te fabula narratur. Cum detractorem placidè audis, canem hunc detrahentem in alios non permittis modo, sed & impellis, quia illi velut testi credis, sed non ad Christi mentem, qui iubet, vt *in ore duorum vel trium testium stet omne verbum g*. Imò, quod deterius, detractori vt cani bonum virum dentibus conuellenti, facilius quandoque fides habetur, quam si decem alij contrarium iureiurando asserant. Ita non raro noctuæ contra lucem, quam odit, vlulanti pleno assensu creditur.

a *Eccli. c.* 28. *v.* 28.
b *Bern. l.* 2. *de Consid. c.* 13. *sub finem.*
c *Ibid. in superioribus.*
d *S. Thom.* 2. 2. *q.* 73. *art.* 4.
e *Hieron. tom.* 1. *epist. ad Nepotian. vlt. pag. ante finem epist.*
f *Idem ad Rustic. mon.*
g *Matth. c.* 18. *v.* 16.

§. II.

Hebræus rex Dauid, ille hominum maximè sociabilis, alio concedere doctus, nihilominus: Detrahentem secretò proximo suo, inquit, hunc persequebar *a*. O Christiani horum hostium sunt vbique, persequimini, nec desistite dum comprehenderitis; sed quæso inter comprehendendos, nosipsos numeremus. Sed dicas: alterum ita os obsistere vix vllus est qui non erubescat. Chrysostomum egregiè respondentem audi: Non solum autem maledicentes, sed & alios detrahentes audientes admoneo, aures obstruere, & prophetam imitari dicentem: Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Dic proximo: habes aliquem quem laudes &

commendes? Aures aperio, vt vngentum suscipiam: si vero male velis dicere, vestibulum ingressum obturo: non enim stercus & cœnum accipere sustineo. Quod nihil lucratus, si didicero, quod illic improbum? Maximum igitur nocumentum ex hoc, & extrema iactura. Loquere ad ipsum: tenemus nostra? Si detractoris os ita occludas, vt Chrysostomus suadet, aut silebit detractor, aut laudabit quem ante carpserat. Si vero dissimules, nec liberè detrahentem corripias, ... sed prorsus vitiosè, idque in tuum & alienum damnum.

Augustinus, ille præsulum gemma, tam acerbe patitur detractiones, vt ad proximam mensæ parietem appenderit tabellam, quæ omnes illic accubituros moneret his versiculis:

Quisquis amat dictis absentum rodere famam,
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

En mensæ legem præclarissimam: Aliquem non detrahere, qui siquis allatrauerit, abesto hoc conuiuio hac mensa non admitto. Insigniter hic Augustinus improbam illam consuetudinem notauit, quæ in conuentibus, circulis, conuiuijs, primum omnium quæstionem mouet de moribus absentium? Vah, aiunt, etiam ille fortunæ hominem fabricatus? Et qua ratione ille hoc non videret? Ita clericum insignem, modo esset probioris vitæ: en concionatorem egregium, modo quæ dicit, faceret: en hominem ad omnes gratias factum, modo sua bona nosset, & vti sciret. Et quam illi rerum domini, tallique tenaces, quam contemptantes argento, quam auro placide familiaritas?

Difficile est satyram non scribere, nam quis iniquæ
Tam patiens vrbis, tam ferreus, vt teneat se?

Ita latius & rectius est alijs detractionis dentem infigere. Ideo Augustinus vt hasce confabulationes domo sua excluderet, ad mensam lectionem adhibuit, qui animum pasceret, dum reficeretur corpus. Contigit autem quod Possidius narrat qui ipse interfuit, vt Augustini tecum Antistites complures accumberent, sed lege ab Augustino scriptæ obliti liberius de alijs quererentur, quibus ingenuè Augustinus: Domini fratres, aiebat, aut illa tabella expungenda est, aut vos sermones istos desinetis, aut ego ad cubiculum facesso. Eiusdem ferè animi fuit Ioannes Alexandrinus Patriarcha, ille eleemosynarum largissimus: hic si quem aliquo obtrectantem audijsset, admonebat, aut ingenioso modo alios sermones inducebat: si pergeret alius, tacebat quidem ipse, sed nomen frontis notabat, & colloquio finito, ei qui sibi à cubiculis, præcipiebat, hunc talem hominem non amplius intromitteret. Certissimum est, quod dixit Hieronymus: Vbi desunt audientes, non inueniuntur detrahentes. & Deus auditorem, docent detractor.

Edmundus rex Angliæ, Dunstanum assiduum maximi fecit, virtutem viri & eruditionem admiratus, ideo hunc ipsum in magni momenti negotijs adhibuit consultorem. Placebat regi æquitatem ab hoc præsule non sine tantum regeri. Ægrè hoc tulerunt diaboli. Vt ergo hos amicorum consensus turbarent, repente qui Dunstano præsuli priùs visi erant, quamuis amorem & obsequia simulassent. Hi primo velut per cuniculos, regis aures aggredi, & rectè callideque famam præsulis incessere, dein paullo apertius eidem detrahere, ita blandè ac sensim Dunstani odium instillare, denique palam, quem oderant, cauillari. Hoc effectum apud regem nimis credulum, vt aula etiam Dunstano foretis interdictum. Paucis post diebus rex venatum iuit: in siluis venationi destinatis mons erat & ingens præcipitium. Sub ipsum principium inter primas feras nobilior se ceruus offerebat, & dignus qui regem fatigaret. Ita regijs ac hybridis inclamantibus ad præcipitium delata est fera, vbi vna cum canibus præceps ruit. Regius equus eandem properabat via, idque incitato cursu. Rex præcipitium propè iam oculis cernens, Dunstanum cogitat, Deumque rogat donari sibi vitam, ob innocentiam Dunstani. Celeres sunt in tam præcipiti fato cogitationes, nec minus celeres sunt Dei aures misericordiæ (sic loquimur) ferendæ opi. Ita subito constitit equus. Rex è venatu domum reuersus, narrauit suis non sine læto horrore, quid miraculi sibi obtigisset, vitam se suam debere Deo, sed & Dunstano Dei amico. Illico Dunstanum vocari iussit magnis honoribus, propriéque à præsente veniam suppliciter, aures nimium credulas præbuisse fatebatur, & amicum se

sponsor

spopondit in omnem vitã. Videte qua ratione famam restituerit detractionis auditor. Quot detractionum non millia, sed milliones repe[illegible], sed qui famam inique subtractam, pares restituere, vix visus est.

a Psal. 100. v. 5.
b Chrys. tom. 5. hom. 3. ad pop. Ant. circa med.
c Iuvenal. sat. 1. v. 30.
d Hieron. ad Celant.

§. III.

VErum nobis hic sermo de detractionem audientibus, qui vario discrimine detrahentem audiunt. Sunt qui detractores quidem audiũt sed inviti, vel sine motu animi. Atque hi tamẽ absit vt male agant, vt etiam peccatum à Deo remittat, praesertim si eiusmodi narrationes sibi minimè placere non obscurè significent. Sunt alij qui audiunt haec talia & taceant vt penè nesciat num quae dicuntur, illis placeant an displiceant. Reprehensi ob silentium illud illaudabile plerumque se purgant. Ego nemini os obstruo; loquantur alij quod volent, per me licet; neque verò curæ mea demandatum est, omnium sermones emendare. Hi tam pacifici viri scipsos fallunt, decipiunt: certè illis displicere debet, cum alios laedunt, & Deus offenditur, si praecipue quibus ius est in alios, graviter delinquunt cum detractorem audiunt, & silent. Ergo tot cui non resistitur, approbatur; & veritas quae non defenditur, cum possit opprimitur: nec suspicione caret vitiosae societatis, qui vitijs cum narratur, non favente silentio prosequitur. Sunt & alij qui non audiunt tantum detrahentem, sed & provocant ad provocandum narrationem aurculionis admodum bonis[illegible] Pergite, sit fabula non dissimulatis monent. Pergite obsecro quod narrare coepisti de hoc homine! Veritatem nescit ancipiti. Iam quidem ante de hoc aliquid inaudij sed mysterium non capiebam, tu explica. Alij aliter detractionem eliciunt: Ille, aiunt, haec & haec de te spargit: & tu, quod valde miramur, etiamnum siles! Ita detractor mirificè animatur vt quicquid veneni conceptum, evomat. Et hi detractores & hi auditores gravissimè delinquunt, nam delectantur his fabulis quae in alios retorquentur. Sic detractor, & eius auditor diabolum gestant, alter in ore, alter in aure. Cum iam accedit tam avida credulitas, vt omnia quae his narrantur verba percipiantur, vera esse arbitremur, mox in iram & impatientiam effundimur, verba verbis, convicia convicijs, contumelias contumelijs oggerimus. Hinc lites & odia immortalia, hinc solvitur omne humanae conversationis commercium, omne mutuae charitatis vinculum, omnis sincerus affectus necessitudo, omnis amoris nexus, omne fiduciae robur. Hinc effera nocendi libidine in aliena damna rapimur, idque benevolentiae mantelo tecti, nec enim crimen arbitramur, cui praefigitur nomen honesti. Ac illud Bernardi stat immotum: Detrahentes, & audientes pari reatu tenentur. Sicut autem irasceris alteri, quando detrahit tibi, sic irascaris tibi, quando detrahis alteri, aut detrahentem audis. An non & ipse moritur qui venenum bibit, quod ei maledica detractoris lingua propinavit? His ergo auditoribus triplex documentum damus.

a Bern. de inter. domo c. 42. & ser. de triplici custodia, ante med.

§. IV.

PRimum: Teipsum inspice, & tecum habita, vt noris quam sit tibi curta supellex. Quid oculos perdis in alienis, tua tu curas? Et quaeso quis te historicum constituit in ta? Et quaeso quis te historicum constituit in vitam & mores alienos? Cur alieno choro podem imponis, homo curiose ac ridicule, inquit tu potius.

Nihil in proprijs quae prava aut recta geruntur.

Lamias notis quae domi oculos in cistella reconditos habent, foras egressae reponunt fronti, atque ita fit vt domi caecutiant, foris sint oculatissimae. De istis quispiam eleganter dixit Socrates:

Foras videns, sed caminas videns nihil.

Nam id multis hominibus accidit, vt propinqua non cernant, longius remota videant. Ita plerique aliorum minimis vitijs offenduntur, nostris etiam maximis blandimur.

Cum tua pervideas oculis male lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quam aut Aquila aut serpens Epidaurius?
&c.
Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum,
Postulat, ignoscat verrucis illius aequum est.

Ergo

Ergo in tuum ipsius sinum inspice, fortassis vitium de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu tuo invenies. Hinc omnis vitæ pestis oritur, quod sibi quisque blanditur, & quantum alijs præter æquum detrahit, tantum sibi philautiæ vitio præter meritum tribuit: festucam ex oculo vicini eximit, trabem in suo non cernit. Et sicut oculus proximarum genarum nævos non videt, ita nos in nostri vitijs deprehendendis planè cæcutimus; minutos defectus in alijs vigilantissimè observamus, nostros vel manibus palpandos manifestè cæci. Et plerumque quo ægrius ferimus de nobis sinistrè quid dici, eo audacius, idque cum voluptate, per aliena vitia blaterando grassamur: valdeque nobis est in aliorum mores & oculos & dentes infigere: [illegible] Scrutati sunt, inquit, iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Sic aliena fœda in oculis habemus, nostra à tergo. Nimirum non videmus manticæ quod in tergo est. Hujus fatuæ homines obiurgans Salomon: Generatio, inquit, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. Si olla fuliginem & atrorem suum in speculo se contemplaretur, non diceret fumoso cacabo: Væ tibi niger. Et,

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis cælum terris non misceat, & mare cælo,
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni?

Nec aliter Christiana lex sentit. Christus olim ijs permisit, ut primi lapides iacerent in feminam libidinis accusatam, qui peccato carerent: at nullus fuit qui vel lapillum tolleret. Sic, ô Christiane, nostra nos agamus, nostra obsecro curemus, nostra; & certe tam æquius, quàm nos lapidibus obruendos dicemus. Sed hoc agit dæmon, ut nos aut rei simus, aut perpropere damnemus reos. Præclarè Climacus: Aut peccare, inquit, nos dæmones urgent, aut eos non peccantes, iudicare peccantes. Maligna hæc scientia est, suum hortum sentibus obductum negligere, & hortulum alienum ingredi, ad herbas inutiles eradicandas. Mi homo, mane tu in tuo horto, satis hic lapparum, & lolij, & urticarum est quod erunces. Ergo, teipsum inspice, & aliorum nævos tacebis. Neminem alijs detrahes, ait Bernardus, si te bene inspexeris.

Alterum documentum est impediendæ detractionis, *Sermonem male cœptum alio divertere.* Ut enim olim ferocientes taurus hominem insequitur, pallium ei in caput obijcitur, ut dum luctatur cum pallio, fugitivus oculis subducat se homo. Ita cum quis alium detrahendo insectatur, consultissimum est, pallium ei, hoc est diversum sermonem obijcere, ut cesset detrahere. Neque semper adeo sollicitè curandum, quantum decori sit & cum decoro, ex abrupto subinde aliud loquendi argumentum est inijciendum. Thomas Morus, illud Angliæ sidus, vir perinde sanctus ac eruditus, [illegible] exempli ubique observantissimus, quam primum audijt, apud quoscunque fuisset, in aliorum famam invehi temeritatem [illegible], & [illegible] quid dici de absentibus, continuò sermonem alio convertere conatus: Quivis, aiebat, quod volet dicerit, ego vero aio hanc domum optimè structam esse, tectura magistrum se probavit, qui hoc ædificium condidit. Ita maledicentiam aut coercuit aut certè turbavit.

Alcibiades, ut Plutarchus de eo memorat, inter Græcos vir magnus & sapiens, de se passim non optimos sermones spargi audijt, ut ergo illos si non melioribus, saltem novis malis permutaret, cani pulcherrimo & pallio aurea empto caudam amputavit, & sic mutilum per urbem vagari liberè permisit. Indignantes [illegible] hoc atrocem [illegible], quod non decere tantam virum, facere tam ridicula. Quos Alcibiades blandè monuit, ne indignarentur etenim se hoc unum agi, ut populus omnem maledicentiæ libidinem in re levissima consumeret: Loquantur, inquit, de cane Alcibiadis, modo Alcibiadem desinant lacerare. Ita rigidi obijiciendum est speculum, ut oblitescatur capiti canis. Vidit vir insigniter perspicax, eum qui in omnium oculis est, difficillimè maledicis linguis subduci posse, ideo rem leviculam velut offam obijcere placebat Atheniensibus, ut haberent quod dicerent, minus tamen læderent. Ita homo temperantis linguæ [illegible] omni modo detractoria [illegible] compescere: quod si filum orationis præscindere nequeat, hoc saltem agat, [illegible] non malo factum crederet, non omnia quæ non circumstantias scire posse affirmat, plerumque rumorem se maiorem esse docens. Et ut intemperantiori linguæ offendendum est frigida,

gida, ita impetus detractoris refrenandus, & deuitare, si fieri possit, alio flectendus.

Tertium documentum est, *subducere se tam noxij sibilo*, & ipso discessu detractoris linguam constringere: sciat locutus ille se gratum non fuisse. Hieronymus hoc suadens. Si quem, ait, aliquem detrahentem audieritis, procul fugientes dimittite velut serpentem, vt [illegible] victus discat de aliorum factis silere. g Hoc diuinus Paulus confirmans: Nunc autem scripsi vobis, inquit, non commisceri, si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus. h

Cassianus refert visum à se optimum senē Machetem, qui id gratiæ à Deo impetrarat, vt quamdiu de rebus diuinis verba fierent, somnus non subriperet, etsi dies noctesque protraherentur sermones: si quis vero colloquia otiosa serere, aut de alijs detrahere cœpisset, in somnum protinus soluebatur. Qui Machetem assequi nequit, qui dormire non vult, aut abire non potest, monstret saltem se Christianum esse, signum edat, sibi hæc talia non placere, idque statim sub initium praui sermonis faciat, dum ignem etiamnunc vnā scintillā licet extinguere. Sic enim vbi inualuerit, penè indomabilis est. Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. i Quo sensu Hieronymus dicit: Si vultu hilari audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi, ille ignem eructat, tu sublevas ignitionem: quod si facie subtristi & austerâ detractorem audias, discet ille non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. Sin aliter agis, ostendis te illius, cui detrahitur, aut falsum fratrem, aut fictum amicum esse.

a *Horat. l. 1. sat. 3.*
b *Psalm. 63. v. 5.*
c *Cassian. in [illegible].*
d *Prouerb. ca. 30. v. 11.*
e *Iuuen. sat. 2. v. 24. & seqq.*
f *Bern. de inter. domo c. 48.*
g *Hieron. in reg. mon. c. 22.*
h *1. Cor. c. 5. v. 11.*
i *Prou. c. 25. v. 23.*

§. V.

NIsi fugiamus, ô Christiani, & aliorum famam tam castè custodiamus quā nostram, illas Domini leges rumpimus, quæ alios eo quo nos ipsos amore souere volunt. Neque vero is solum iniquè agit, qui vicini domum incendit, sed & ille qui ad accensæ domus ignem se calefacit. Si non hostis est, aquā affundat, incendio occurrat. Sic non tantum nocent qui alijs detrahunt, sed & illi qui detractiones non impediunt, quæ applausu & gratulatione commendant. Ille demum sincerus est amicus, qui non tantum non alteri detrahit, sed & detractorem, vt potest, compescit, ille verè frater est, qui, quantum licet, extabescendam aliorum sorditiem tegit, nisi eam aperiat ijs quorum est iuuare, non infamare. Aliorum vitia tegenda sunt, non oculis auribusve ingerenda. Apelles pinxit Antigoni regis imaginem altero lumine orbam, primus excogitata ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, vt quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur, tantumque eam partem è facie ostendit, quam totam poterat ostendere. Ita pingit manus & mens Christiana: quod in alterius vultu vitiosū est, omittit, id ostendit solum quod dignum oculis. Apellem insignissimè imitatus est Plato, non manu & penicillo, sed affectu & studio aliena vitia tegendi. Accusabant apud Platonem Xenocratem discipuli, quod de magistro multa iniquè locutus esset. Criminationem Plato sine vlla cunctatione respuit, dixitque hæc sibi parū probabilia videri. Instabat certo vultu index, quærens caussam cur sibi fides nō haberetur? Addidit Plato: non esse credibile, vt quem tantopere amaret, ab eo tantum non diligeretur. Postremo cum ad instruendam inimicitiam alterutri malignitas confugisset, vt de [illegible] eius [illegible], affirmauit Plato, Xenocratem nunquam illa dicturum fuisse, nisi ea dici sibi expedire iudicasset. a Sic omnino aliena vitia & extenuanda & tegenda, non exaggeranda, non euulganda sunt. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur (monet Ecclesiastes) ne accommodes cor tuum. b Bernardus optimè à se dicta confirmans: Detrahentes, inquit, infundunt venenum in auribus se audientium. Qui detrahit, & qui detrahentem libenter audit, vterque peccat. c At non & ipse moritur qui venenum bibit quod ei maledica detractoris lingua propinat? Siquidem saltem ei dilectionis vita subtrahitur,

bitur, & dum nescit paullatim in eo fraterna charitas refrigescit. Vt hoc malum caueret, ille Imperatorum maximus Imperator Constantinus dicere solebat, si sanctum oculorũ fide præsulem Christianũ rem nefariam committentem deprehenderet, se id non tantum non euulgaturum, sed etiam paludamento suo facti infamiam operturum. *a* Ita potius alter alterius famam tegamus, & venenum vel umbram detractionis, velut anguem pestiferum, horreamus, prout & admonet & obsecrat Magnus ille Apostolus Iacobus: *e* Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Siquidem illo vindictæ rigore in nos vertet Deus, quo nos rũ fuerimus in aliorum illius scelera in potentissimã lucem protrahentur, qui aliorum næuos operire recusant; par pari ad amussim referetur. Vis, ut alij de næuis tuis taceant? ta etiam de aliorum taceto; serae oris & linguæ frena imponito. Laudabis, si potes, omnes. Non potes? Ne damnes. Virtutes nulla sunt, vitia maxima? Vtrumque preme. Narrant, alij? tu aliũ sermonem verte. Instabunt forte maiorem sermones tanquam inciso nouacula secare; Tace. Rogaris sententiam? Minue, aut aspera mollioribus leni. Desse lituras connuij non potest. Vitia referantur: Tu ad humanam defectus imbecillitatem, & virtutes alias oppone, dic in maximis etiam viris semper fuisse, quod ignoscendum esset. Quod si quis pergat damnare, tu vide an non aliquid habeat laudandum qui damnatur, & pro damnandis laudanda suggere etiã in inimico. Mirum, quantum hæ laudes, ad odia ponenda & amorem conciliandum valeant. Nam & illi ipsi qui damnant, laudabunt taciti secum, & amare fortius incipient, quem hostis sui laudatorem senserint.

Sed antequam missam faciamus Detractionem, nunquam satis detestandam, addo rem memoratu dignam. Erant duo sibi familiarissimi è Clericorum numero, quorum alter pessimus detractor neminem non malefico dente impetebat. Hic morbo correptus à socio monebatur, rem suam ageret, & vitæ maculas eluerer pœnitentia. At surdo fabula canebatur. Saltem, inquit alter, inter nos fœdus ineamus etiam post mortem duraturum. Si tu me præcesseris moriendo obsecro, intra triginta dies, ut mihi certum de ...ille (siDeus obsistat) & alterius Orbis arcanum edoce. Promisit temerarius se id facturum in gratiam tam constantis amicitiæ. Neque vero id Deus fieri prohibuit. Itaque paucis post mortem diebus ille ab Orco emergens, flammis vndique opertus, in conspectum se dat superstitis amici. Hic, aegro socio defuncto, ita tremore concussus est, ut nec vocem expedire, nec oculos in flammeam larvam figere potuerit. At vmbra illa explicatè hominem compellans: Ego, inquit, sum ille socius tuus æternum damnatus. Nam ipso mortis momento ad iudicem ductus, accusatores eos habui, quos detractionibus infamaui. Cumque obiecta nec negare, nec diluere possem, vltra sententiam rabie, ebrietatis tremendam, concitans...

Si tale detractores supplicium manet, non abs re Augustinus: Quem diabolus, inquit, non potest deorsare iudicium ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, vt si fieri potest, opprobrijs hominum & malorum linguarum detractione deficiat, & sic in eius fauces ruat. Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. *f*

Quapropter, Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguã tuam à malo: *g* præcipuè verò à maximo detractionis malo. Quantum pepercetis alienæ famæ, tantum parces tuæ & famæ & vitæ.

a Valer. l. 4. c. 2. in externis.
b Eccles. c. 7. v. 22.
c Bern. de modo bene viu. ca. 17. & c. 33. & ser. de triplici custodia.
d Bar. tom. 3. Anno. 325. n. 43.
e Iac. cap. 4. v. 11.
f Sapient. c. 1. v. 11. Aug. tom. 2. epist. 137. circa med.
g Psal. 33. v. 13. & 14.

E

1. *Adamus & Eua ob commissum peccatum possimè sibi consciij, & quia malam conscientiam sequitur, pauefacti ac trepidi frutice-tis se abscondererunt. At vbi eos ex his latebris vox domini prouocauit: tantum abest ut criminis perpetrati veniam rogarent, vt etiam mutuo excusarent. Adamus digito monstrauit Euam ut sceleris caput,*

Euæ serpentem: alter in alterum deriuauit culpam. Hæc EXCUSANTIS Linguæ origo, hoc ubi ingenium est. Quia ergo maritus uxorem, uxor serpentem, Deus vtrique coniugi commonstrat terram è qua prodierant, in eandem reducuit. Vide C. 19. §. 1.

2. *Exprobrantem Linguam offendunt anti quæ plurimas auricula concessas repetiuerunt. Beneficium exprobrare, est exprobrare. Vide C. 20. totum, maximè §. 1.*

E

CAPVT XIX.

Excusatio quam peruulgatum, & multiplex sit vitium.

LAconum quispiam, vti Plutarchus meminerat, luscinium cepit, & quia tam suauem auribus cantatricem experta est, etiam dulcem palato futuram credidit, ideo misellæ plumarum tunicellam detraxit, vt eam foco pararet: at cum illam vix ossiculis herentem cerneret, indignabundus dixit: Vox es, & præterea nihil. O auicula macilenta, multum linguæ, parum pulpæ habes!

Hominem verborum & linguæ tam diuitem, inopem rationis, non male sic compelles: Vox es, mi homo, prætereáque nihil. Eum præsertim hoc titulo dignabimur, qui quidem sæpissime delinquit, nunquam tamen non excusationem opponit.

Excusatio non postremum malorum est inter Linguæ vitia. *Excusantem Linguam* recte lusciniam dixeris quam quis abstro tanto maiorem autem censeat, antequam videat quod si misellam incipias deplumare, non autem sed ossis vnibeam dicet; ita prorsus si quis excusanti linguæ tot coloratas plumulas subtraxerit, vix inane vitiorum simulacrum reperiet. Demades olim inter Athenienses fistulæ cō-parauit, cui si coloretella seu lingula ligata subtrahatur, tota obmutescit nemini vtibilis. Huic ligneæ fistulorum linguæ non male cōparauero Excusationem, de qua nunc agere instituo. Multiplex porrò est Excusatio, & plerumque vitiosa, quod iam paullo vberius exponemus.

§. I.

INter omnes animantes vix est mundities amantior fele. Aspice quæso quam studiosè felis iam anteriores pedes, iam posteriores, iam corpus reliquum lambat, vide vt pelliculam lingua extergat, & nitidam reddere laboret: in omnem partem suo se linctu expolit. Sed & hoc verecundiæ accepit à natura, vt fimetum suum quam potest diligentissime operiat, & quod mens occulere possit offendere, cautissime ipsa subtrahat. Lingua excusationibus assueta feli simillima est, quibuscunque modis nitorem asserere conatur, landis linguæque omnia vt sordes abstergat, callidis defensiunculis qualitia errores operire nititur. Hic sane nos Adami posteros, & suos nepotes esse prodimus; negemus in ceteris, hoc deprehendimur. Adamus post admissum piaculum ægerrime noxam fateri, imo eam in coniugem deriuare, coniux serpenti culpam impingere, sic alius aliam excusando accusaret, ita demum pene omnis culpa in Deum recidere, nam Adamus non dissimulanter: Mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi a. ac si apertius diceret, nisi hanc deceptricem mihi adiunxisses, ego quidem culpæ permansissem expers. Sed nec mulier se etiam fassa: Serpens, inquit, decepit me, & comedi, perinde si dixisset: quid agit in paradiso serpens? peccauit qui hunc impostorem intromisit. Has artes miseri à parentibus didicimus, antequam discere possemus. Præclare de hoc Gregorius: Vsitatum, inquit, humani generis vitium est, & latendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis hæc augmenta docimas nequitiæ, ex quo ipsam radicem traximus culpæ b. Ita nihil pronius humano ingenio quam se suosque errores defendere. Sed aliter docuit Paulus: Non defendentes, inquit, vosmetipsos charissimi c. Et Hebræus Rex Dauid: Dixi iniquis, ait, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu d: Nolite superbe defendere peccata vestra, si fecistis iniquitatem per cupiditatem, ne defendatis per elationem proteruitatem. Augustinus: Malum est, inquit, peccare, peius est perseuerare, perniciosius defendendo

se, in Deum culpam refundere. Et vti Cassiodorus monet: Maximum est vitium excusationem, ad quam cotem exigit, qui peccata sua defendit. e Pessima est Grammatica, cum nomina vitiorum tribuuntur alijs.

In rebus gestis Sanctorum, vix quidquam, arbitror, magis mirandum est, quam quod complures grauissimorum criminum accusati, illa non aliter quam silentio confecerint refutanda. In hoc obstupescendi Marinus & Theodorus, sub virili nomine & veste, vtraque vera virgo, & castitatis obseruantissima, stupri tamen vtraque accusata, illa vitiato pondera omnia & ludos, ista supercilio quasi un iniurias patientissime tulit. Gregorius Thaumaturgus à meretricula negatam sibi quæstum postulatur: quia tunc carnalia agebat, versus ad familiarem: Heus tu, inquit, numera ei pecuniam, quam exigit, ne diutius nos turbet. Vix illa nummos & vnà cacodæmonem cœpit sui corporis impulsum, à quo grauiter concussa, & terræ afflicta est miserandum spectaculum. Tandem precibus eiusdem Gregorij ab hoc hospite liberata est f. Emmeramnus, sanctissimus præsul, vt duos cuiusdam criminis reos supplicio liberaret, ipse reus videri non recusauit, & memoratim perijt g. Ab hac eadem virtute Ruffinus Aquilejensis commendat Balalium patientissimum cœnobitam, in quem negligentiæ occasio falsis excusationibus culpas suas quotidie deriuabant: Cumque ob id non raro acerbius obiurgaretur, ille in terram se prosternens, nihil excusabat, sed veniam submississime rogabat, idque pœnitens aberat, vt monasterio ejiceretur Balalius, cum Cœnobiarcha diuinitus edoctus iussit omnium storeas in cumulum comportari, & accendi; combustæ sunt omnes, præter vnius Balalij stoream. h Hanc nobis facem prætulerunt tot sanctissimi homines qui ad virtutum fastigium conscenderunt se sæpe non excusando. Quippe piarum mentium est, inquit Gregorius, ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est.

a Gen. c. 3. v. 12. & seqq.
b Greg. l. 12. mor. c. 9. initio.
c Rom. c. 12. v. 9.
d Ps. 74. v. 1.
e Vterque in dictum psalmum.
f Baron. t. 2. An. 233. n. 9. Nos Parte 1. c. 2. §. 6.
rem supplicatius narrauimus.
g Matth. Raderus in Bauaria sancta to. 1. & par. 1. Hist. Rau. Andr. Brunneri. f. 101.
h Ruffin. Aquil. n. 29 apud Rosweid.

§. II.

IOsephi Proregis Ægypti fratres cum frumentatum in Ægyptum commeassent, iamque viam relegerent in Canaan, retracti sunt in Ægyptum velut ingratissimi homines, & fures, ob scyphum argenteum in Beniamini sacco repertum. Hic Iudas tam prudens & erecti animi non dixit: Si examinemur, fratres mei, negate audacter & pernegate; sycophantias in nos struunt Ægyptij, insontes sumus. Iamque ad Iosephum Proregem perducti, deiecto vultu se reos confessi sunt. Hic cæterorum orator Iudas: Quid respondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur aut iuste poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei a. Quam hoc ingenue & sancte! Quod si Iudas homo garrulus, & litigator fuisset, omnia in fauorem suum traheret, cœpisset publice fratres suos examinare distincteque: Tu Ruben dic bona fide, numquid hunc scyphum furatus es? Tu Simeon, & tu Issachar numquid vos subripuistis poculum? ausim iurare nec cæteros id ausos: Beniaminum id non fecisse etiam mihi constat. Nil horum obtendit Iudas, sed etiam se fratresque suos fassus: Iniquitatem, ait, seruorum tuorum inuenit Deus. Hæc indoles bene mentis, non tantum si quid deliquerit, ingenue fateri, sed etiam culpam agnoscere, vbi culpa non est. Psaltes graphice regius: Iniustitiam meam, inquit, non abscondi b. Neque tantum coram Nathane in conclaui dixit: *Peccaui Domino*, sed peccatum publice confessus, culpam non in alium vertit, non excusauit, non suppressit, sed in scriptum publicum carmen scripsit, vt Orbis sciret quam male egisset: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Pulchre Augustinus: Veritas de terra orta est, inquit, & iustitia de cælo prospexit. Quæ iustitia de cælo prospexit? Tanquam Dei dicentis: Parcamus huic homini, quia ipse sibi non pepercit; ignoscamus quia ipse agnoscit. Conuersus est ad puniendum peccatum suum, conuertar & ego ad eum liberandum c. Ideo Dauid singularissime

tissime rogat: Ne declines cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. *b* Quanti sunt, qui si lateant cum peccant, audaciter se peccasse negant, si deprehendantur aut convincantur, excusatione aut defendunt. Et quam facilis defensio, inquit Augustinus, quam cita, sed quam praeceps, quam quotidiana & quam sacrilega! O si Deus hoc nollet, non facerem! Hoc voluit Deus, fortuna hoc voluit, hoc voluit fatum. Et ista, fratres mei, defensio qualium est? Non solum indoctorum, sed etiam doctorum. Sedent & computant sidera, intervalla, cursus, volubilitates, status, motus, lineamenta, describunt, conjiciunt. Docti magni videntur. Totum hoc doctum & magnum, defensio peccati est. Eris adulter, quia sic habes Venerem. Eris homicida quia sic habes Martem. Mars ergo homicida, non tu: & Venus adultera, non tu. Vide ne pro Marte & Venere tu damneris. Deus enim qui damnaturus est, non te quia tu es. *d*

Protinus irrupit venae peioris in aevum
Omne nefas, fugêre pudor, verumque fidesque
In quorum subiere locum fraudesque dolique,
Insidiaeque & vis, & amor sceleratus habendi.

Scribas impostorum & impostorum nullum inter posse numerum expendens, liberè asseveri: Veteris Folij plures esse sycophantas adeo dolis omnia permisceri.

Deus Hieremiam verbis praemonuerat: Habitatio tua, inquit, in medio doli, in dolo renuerunt scire me. Attende tibi, Hieremia, in medio dolosorum habitas. Omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut in gente huiusmodi non ulciscetur anima mea? Ingeniosi fallere discuntur ab annis, proavis, avunculis, & ab omnibus suis maioribus. Filij Iacob quam fraudulenter egerunt cum Hemore principe, eiusque filio Sichemo, quàm prius communi lege pepigerant? Circumcidendi estis, inquiunt, et ritum gentis nostrae imitari nobis estis similes, sic demum inter nos coniugia contrahemus. Mors foris furit & sanguinem. Nam tertio vulnerum die, vibent ingressi filij Iacob, ingruunt civitatem strage, omnibus urbique vastitate stravere, insidiis captivitate ceperunt. Iacob ... & odiosum mea patrias: Turbastis me, inquit, & odiosum

fecistis

fecisti mihi, delebor ego & domus mea.*h* gladius vester meo sanguine regalo.

a *Gen c. 4. v. 8.*
b *Prudentius Psychomach. 7.*
c *Matth. c. 26. v. 49.*
d *2. Reg. c. 3. v. 19.*
e *Ovid. l. 1. Metamorph.*
f *Ibid. c. 9. v. 46. & seqq.*
g *Ibidem.*
h *Gen. c. 34. v. 30.*

§. II.

A Gabaonitis, vti Hebræorum Iudicum historia memorat, ad salutem belli damnati fame legati antiquis vestibus, pertritis calceis, panibus penè in lapidem duratis. Periculosum sibi fore si vni è se Chananæos facerentur, & multo tutius esse crediderunt, si nihil sibi cum illis commune docerent, sed longè diuersas sedes habere, cum tamen non longè ab Hierosolymis habitarent. Acceperant igitur fama Hebræi ducem exercitus multorum dierum interfecisse, & hoc esse veluti ex habitu comprobabant; vestibus enim quas viam ingrediendi nouas induissent, longo itinere detritas, calceos solutos, panes mucidos exaruisse; cum data opera vestes tam tritas sumpsissent, & callide omnia confinxerint, vt verisimilia dicere viderentur. Hoc habitu in concionem ingressi dicunt se missos à Gabaonitis, eorumque vicinis vrbibus, vt salutem patriæ institutam in Hebræorum amicitiam veniat, comperto enim quod Deus grauiore manere Chananæorum terram aliis concessisset, gratulari se eis & sua ciuitatis petere. His dictis, & ostentatis vestibus in signum longi itineris, orabant vt in fœdus & amicitiam admitterentur. Iosue nihil subesse fallaciarum arbitratus, in fidem & amicitiam eos recepit, iurauitque habitatoribus eos pro amicis ac sociis, sed non multo post compertum dolum ad suos sane peruenit. Recte dixit poeta priscus: Nam doli non doli sunt, nisi astu colas.

Iehu autem in regem vnctus, omnes Baalis sacerdotes, callidissimè conuocauit edicto proposito: Nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal; quicumque defuerit, non viuet. Et venerunt cuncti serui Baal, non fuit residuus ne vnus quidem, qui non veniret. Cumque iam omnes offerendis victimis congregati essent in templo, immisit Iehu milites suos in eos, trucidique vna omnes trucidari, vt nec vnus quidem euaderet. Factum non malum, modo modus fuisset melior.*d*

Virtute parta sæpe fraude amittimus.

a *Iosue c. 9. v. 3. & seqq.*
b *Plaut. in Captiu. Act. 2. Scen. 3. v. 15.*
c *4. Reg. c. 10. v. 18. & seqq.*
d *De quo S. Thom. 2. 2. q. 111. art. 3. ad 2.*

§. III.

ROmani nec victorias quidem amabant fraude acquisitas. Faliscos Tusciæ vrbem obsidebat Camillus. Faliscis mos erat, eodem magistro liberorum & comite vti, simulque plures pueri vnius curæ demandabantur. Principum liberos, sicut ferè fit, qui scientia videbantur præcellere, erudiebat. Is cum rebus tranquillis instituisset pueros ante vrbem lusus exercendique causa producere, nihil eo more per belli tempus omisso, modo breuioribus, modo longioribus spatiis secum eos à porta sermonibus lusibusque variatis longius solito abduxit, ita fraudulentis viæ & narrationis ambagibus progressus, illos inter stationes hostium, castraque inde Romana in prætorium ad Camillum perducit. Ibi fraudulentum consilium aperuit homo nefarius, dixitque Falerios sic Romanis in manus tradi, quando eos pueros, quorum parentes ibi rerum capita sint, in potestatem dedat. Quid ibi Camillus audiuit? Non, inquit, ad tui similem populum, nec Imperatorem, sceleratus ipse cum scelesto munere venisti. Arma habemus non aduersus eam ætatem, cui etiam captis vrbibus parcitur, sed aduersus armatos, contra, quantum in te fuit, nouo scelere vicisti. Ego Romanis artibus, virtute, opere, armis vincam. Pueris deinde virgas dedit, quibus vinctum proditorem verberantes, in vrbem agerent.*a* Hoc fraudis odio eorum animi sunt capti, quorum mœnia non poterant expugnari. Quid tandem nos Christiani ad hæc? non coloremus docemur idololatras à fraude abstinere vltro tam alienos esse, & nos fallaciarum modos omnes ruminabimur? Quotusquisque est qui deliciosus sibi fallendi occasionem generosè respuat, malitque stipem colligere, quam fallaci lingua thesauros accumulare.

Prioribus addendum: Cum Marcius & Atilius in senatu Romæ gloriarentur, regem Macedoniæ, specie pacis & induciarum à se inductum, decepisse; Patres in causa legationis Romanas artes agnoscere, nec gratias agere fallacijs. *b* Imo & in Græcia, vbi vafrities artificium fuit, *fallere*, fraudes non impunè abierunt. Dercyllidas homo vafrrimus, è dolis confusus, vnde & Sisyphi nomen habuit, cum Cleomene Spartano septem dierum inducias est pactus. Ab hoc fœdere tertia nocte Cleomenis castra inuasit, hos peremit, alios abduxit, constantiamque omnem violauit. Insimulatus perfidiæ, impio cauillo flagitium diluens, infaciendo fœdere nullam noctium, sed dierum duntaxat mentionem esse factam affirmauit. Sed, ob hanc fraudê Argos ei vrbem non permissam, quæ quidem ignominia non, ad salutarem hominem redegit. Inter idololatras fraus omnis habebatur turpis, & tamen subinde apud Christianos honori ducitur, & præmia ferunt qui fraudes docent.

Magnus ille artifex fallaciarum Nicolaus Machiauellus, ausus est hanc Orbi pestem propinare, nec erubuit chartis mandare hæc verba: Id mihi significare videtur Xenophon, quod necessaria sit ars quædam decipiendi, si altum fastigium ascendere, & longiora aliquot progressus efficere velis. *c* Hac arte Ioannes Galeatius principatum Mediolanensem Bernardo auunculo suo eripuit. Addit Machiauellus: Fraudem necessariam putamus omnibus, quicunque ex paruis initijs crescere, & ad magnum quoddam fastigium conscendere conantur: quæ tanto minus turpis est, quanto quis magis illam poterit occultare, & honesto aliquo prætextu tegere.

Tam flagitioso calamo quis non indignetur! Vir eruditus & religiosus *d* scriptorem hunc damnans meritò: Machiauellus, inquit, è scriba Florentino de repente regum & monarcharum magister effectus. *&* dignum certè fulminibus caput! Et tamen ciuitates sunt, quæ Christianum & Catholicum nomen sibi vindicant, vbi pueris penè in scholis Machiauellus prælegitur. Quid iam miri è tali magistro tales formari discipulos simulandi, fallendi, dissimulandi peritissimos!

a *Liuius Decad. 5. l. 2.*
b *Idem l. 43.*

c *Machiauell. l. 2. Disputat. de Rep. ca. 13. med. & fin. Etiamsi Machiauelli defensores non non desint, eruditi quidam huius authoris monita: si tamen doctrina illius vniuersè probetur, magnam religionis & virtutum ruinam sequi necesse est.*
d *Philippus Bosquier, è S. Francisci familia, tam octus è scripto.*

§. III.

Disputant hodieque inter doctos, quæ omnium prima lingua fuerit, & an illa sit homini naturalis & congenita. Quod si oracula dicitur interrogemus de prisca qua omnium lingua, liquidissimum illa responsum debent; inter primas si non primam fuisse fallacem & dolosam. Etenim quæsequam prima omnium parens vel verbulum fecisse legitur locum, coluber iam sermonis exordium texerat, in hæc verba: Cur præcepit vobis Deus? Doli ac fallaciarum vsitatissimus fuit hic sermo. Erat enim serpens callidior cunctis animantibus. Et fallaciæ inuentorem fallacissimum! Ita tres illæ sorores, Fraudulentia, Fallax, Fucata lingua prosapiam suam ab omnibus retro annis, ab ipso vsque paradiso deducunt. Hinc longa serpentum series, & malorum innumerabilis catena.

Lysander vir Spartanus, sophista, sed & cauillator vafrrimus fuit, quod Cælius commemorat. *b* Cum ei quidam probro daret, quod plæraque dolis & fraude gereret, subridens Lysander dixisse fertur: Vbi quia quod vellet non assequeretur leonis exuuijs, vulpis esse assuendas. Arbitrarus, quod honestis rationibus non possit effici, fallacijs id efficiendum. Duobus enim modis fit iniuria, vi aut fraude: vbi ergo leoninum tergum minùs est hispidum, illic pellicula vulpina proderit. Hoc nos in vsu habemus, ea nostra spectat agilitas, vt quod aliter non possumus, saltem assequamur dolo, prodesse si nequeant vires, prosint vulpes.

Simulat aliud, aliudque agit dolus malus. Hinc illa dolosorum axiomata: Nullã fallendi occasionem negligere, polırare amissos, pactis non stare, varias lucrandi artes excogitare. Hinc panni mercator si quid corruptæ mercis habet, sub fornice obscuro vendit & mirè commendat.

Limulas venales quas vult extrudere merces.

Coepo ut vino dubio ac pendulo gratiam conciliat, crocum miscet, sulphure corrigit, vinum sublimiorum effundit, aut locat ut hoc suum vinum inter optima vilet praedicat: sic aliquis ochare lapides, pro cera pictam venditat, & centro iugare mercem esse fucatam. Omnia plena doli. Quam verè dixit Tullius: Inanimis hominum mala fint latebrae, & multi recessus. Quot hic anfractus & angoli, quantae ambages! In plurimis ingeniorum & incessum colubrinum serpentem, tortuosissimè gradimur, dolum ex dolo adhibemus. Hanc fraudum colluvionem Latini rectè *fucum* vocant, nam uti farina aut pallio tam perité vestis conficit, ut fucatam filum non pateat: sic & nos tam erudite fallere didicimus, ut fraudem abdere noverimus; Nempe dolos et doli fint, alia collinunt, non enim falsi qui praemonent. Et hoc iam omnibus manifestum. Publius Petrarcha Mosillenturi digito, inquit fraudum magistri, & ille praeceptor iudicantur, qui peritior est fallendi. Vide igitur non decipiuntur mores, aut fuge hominum consortia. Sed & nunc cogita, an tu quemquam aliquando fefelleris. Illis enim ferè omnes ad fallendum proni: fore autem facilius ab altero tibi fieri, alteri quod feceris. Sed vos quae facitis aliis confitemini & quae ab aliis fiunt vobis, pati non potestis, rerum omnium iniquissimi iudices. Quis vivit & non decipitur? c

Antonius Magnus Orbem totum laqueis obductum vidit. Cave laqueos, cave. Ecquis autem omnes satis caveat? Tragici consilium audi:

Quoties necesse est fallere, aut falli à suis,
Patiare potius ipse, quam facias scelus. d

Quomodo enim parat Deo preces aut gratias animo, lingua fallaci & dolosa? Quis hunc fas coris probet intolerabile, si eodem illo loco & palato in palatio coquat, & fenum in vicina ollula eliquet, idemque prorsus cochlear iam palmento mergat, iam fenem? Quis est qui hoc tale prandium gustet vel ingenti fame stimulatus? Tales nos coci sumus, eadem radicula, una eademque lingua iam precamur, & ferculum paramus dominico palato, mox illam ipsam mergimus doli ac fraudis foeda olla. Quomodo igitur preces ab hoc lingua sint gratae Deo? Quisquis ergo vult architriclinus esse tanti principis, has sordes caveat, suam cochlear, linguam suam ab omni dolo mundam conservet. Disperdat Dominus universa labia dolosa. e

a *De quo nos infra capite.*
b *Cal. Rhodigin. l. 21. Antiq. c. 17. v. 1.*
c *Petrarch. l. 2. de remed. utriusque fort. dial. 61.*
d *Sen. trag. in Thebaide.*
e *Psalm. 11. v. 4.*

§. V.

Dolosa haec lingua videtur ijs fulgende, quadam esset dolus decoctere, vel sint Causidici, Iudices, Notarij. Galeatius dux Mediolanensium, cum aliquoties audisset, falso ingenio causidicum esse, qui lites serere, & sanas pendentes atque alias etiam in liquido iure posset: hominem ad se accitum affatur: Dubeo, inquit, pistoris exemplo autor. Non habet fallere: tu cujus tanti rei in iure, & tem procellis potes? Annuit ille, & promptè dedit. Sed,

Qui struit dolum alteri, idem ipse eum struit sibi.

Nam Galeatius fraudis sic confessum, verbis ipsius interpretem laqueo publicè necari iussit. Fornax utrumque est! Dolosa labra disperdet Dominus. Siquidem dolosus fallaces ambos plerumque capitur. *Audite fraudulenti*, rem memoratu dignissimam.

Agebat Nornbergae Rudolphus I. Austriacus, Imperator, & rebus Imperij ac publicis vacabat, cum cum ad priorum lentitae venit mercator quispiam, cui & vindictam petens in hospitem suo dixit secutus, homini, a quo grandi pecunia fraudatum se dicebat; nam bona fide deposuisse apud eum in sacculo ducentas argenti solidos (Marcas appellant) sive mille philippeos, quos ille impudenter abnegabat, nummosque retinebat. Imperator de fide dictorum interrogat: affirmat mercator, sed sua fide, nec aliis (uti solet ferè in depositis) argumentis. Igitur Imperator re perpensa, aliam adhibendam censuit, & vestigiis indagandum verum. In eum sum quaerit ab homine, ille sacculus cuiusmodi sit? Describit ille formam. Nec tum aliud Caesar quam sedere tum in proximam cubiculum, & praestolari iubet. Habebat in animo ac-

saltorem emptorem euocare, sed forma commodiore instituit, & aliter ad eam venit. Nam venerant primarij viri ciues, vt solet, gratulatum Caesari & salutatum, inter quos ille insidias hospes. Norat adeo iam ante Caesar, & vt comis eius erat, benignè & per facetias appellat: Heus tu scitum illic pileum habes, mihi dona, aut permutemus. Ille arrisit, pileum libens dimittit, & honori hoc factū ducit. Caesar paullulum secedens, quasi publicum negotium auocaret, fidum ac notum ciuem, cum illo ipso pileo ad vxorem hospitis mittit, his additis mandatis: Heus matrona, maritus iubet vt sacculum talem ad eum mittas, opus habet; ecce tesseram fidei notam hunc esse pileum. Mulier agnoscit pileum, & sacculum quem deposuerat. Itaque nihil ambigens ascendit, tradit quasi ad maritum deferendum. At ille recta ad Caesarem, qui mercatore ad se vocato sacculum ostendit, & Hicne est, inquit, num agnoscis? affirmat mercator, & exultat. Tum & hospitem Caesar adhibet: Et, hic, ait, de te [illegible] tuam accusat: quid ais, an infitias? Ille audacter, mentiri eum dicens, aut dementem; nihil sibi rei cū eo esse aut fuisse. Denique Imperator sacculum profert, ad cuius aspectum ille turbatissimus, animo ac lingua labitur. Quid multa? mercator pecuniam, hospes [illegible] recipit, atque etiam damnum, nam grandi illū insuper pecuniā Caesar mulctauit. Ita proditus dolis suis captus est dolosus. a

Ezechias rex grande quid petijt à Deo. Vitae suae finem indixerat Isaias propheta. Hic Ezechias supplicem Deo libellum porrexit, spe certâ fretus aliquot vitae annos concedendos. Sed quâ tandem arte id Deo persuasit Ezechias? Hac ipsâ: Obsecro Domine, inquit memento quaeso quomodo ambulauerim coram te in veritate b. Quicunque in rebus omnibus veritati studet, atque hoc vnum agit, vt omnia sincere & sine dolo agat? hic ingenui animi fiducia [illegible], nihilque cunctandum speret, preces suas fore gratissimas Deo: At impostor, & dolosi oris homo, nihil hic habet spei; clamabit & nemo audiet. Loquens Apostolus: Maiorem horum, inquit, non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare c. Multum in Vitae [illegible] gymnasio promouit, qui amare veritatem, omnem dolum odisse didicit:

Qui dolosè agit, virtute se fatetur imparem. d

a *Lipsius in Monit. Polit. l. 1. 9 monit. 4.*
b *Isa. 38. v. 3.*
c *Ioan. epist. 3. v. 4.*
d *Menand. Tetrast.*

G

1. *Cygnorum sibilum longe gratius est quam* GARRVLITAS *hirundinum, quas [illegible] philosophus Pythagoras [illegible] monstrat. De his Vide C. 3. § 1.*
2. *Anseres, quos [illegible] vocant, magno silentio Taurum montem transmittunt, garrulis hominibus in hoc genere [illegible]. Vide C. 3. § 3.*

G

CAPVT XXIII.

Garrula lingua, quibus [illegible], & quantum noceat.

VErbū vetus est: *Aes Dodonaeum.* Hoc in hominem importunae ac improbae loquacitatis dici consueuit. Zenodotus ex [illegible], in Dodona duas fuisse colūnas, atque in vna quidem positum pelvim, in altera pueri simulacrum flagellum aereum manu tollentis. quoties autem ventus vehementior flauerit, fieri vt frustra impulsa crebrius lebetē feriat, isque percussus tinnitum reddat, ad multum etiam temporis resonantem. Inde homo natiuè garrulus cymbalum seu tintinnabulum Dodonaeū appellari solet. Siquidem fabulator si garrire coeperit, vix [illegible], imo potius nunquam desinat, longumque loquitur, lingua illius irrequieta, velut pelvis aerea vento ac flagello agitata, tam prolixam exhibet loquacitatem, vt auditores dicant: Nescit hic homo dicendi finem.

——— *Verborum tanta cadit vis*
Tot pariter pelues, ac tintinnabula dicas,
Pulsari ——— a

Archelaus rex interrogatus à tonsore, quâ ratione tonderi vellet? respondit, silendo. Quā autem difficile sit multis silere, satis fatetur Garrulitas seu Vaniloquentia. Tametsi garrulo, etiam



Tomo 2 fol. 246.



lo, rerum omnium difficillimam. Atque de hoc linguæ vitio, de Garrulitate, iam paullo uberius disseramus, simul garrulitatis notas explicantes.

a Iuuenal. sat. 6. v. 435.

§. I.

GRegorium Nazianzenum Theologum Celeusius incessebat argutiis suis iis, & multæ loquacitatis, & quando inter homines ageret Gregorius silentio. Celeusio scripsit in hunc modum: Hirundines olim cauillabantur cygnos, quod extra hominum consortia solitarij in aquis sibi cantum viuerent. At nos, aiebant illæ, in urbibus simus inter homines, ædificamus in domibus, fallendo tempori plurimum commodamus. Male habuit olores futilis hæc dicacitas; sed satis notare legas & fabulas optime refutasti silentiumque tamen ceteris ad dicendum prolixitate, O volucres, inquit, quam vana est gloriola vestra! Nos quidem non multum, nec sæpe, sed suaue canimus. Homines, ut non ac nostram musicam audiant, egredientes videbam, vestros garritus oderunt omnes, attamen non ingratæ estis, tamquam autem loquacissimæ, neque continentia, sed numerum solis ac salutis omnium auribus fatigatis, idem recte in vos pronuntiauit Pythagoras: Hirundines ne recipe tecto. Sed & Aristoteles præcepit Hirundines sub eodem tecto non habendas. Hæc olores hirundinibus. Ita & tu mi Celeusi, cum hirundinibus garrire poteris, quamdiu voles; ego velut olor in meo stagno; ita in tacito meo cum Deo mecum loquor, mihi & Deo & Musis. Vale. Hæc Gregorius ad Celeusium epistola.

Certe omnino, multiloquium Salomon sapientissime monuit fugiendum. In multiloquio, inquit, non deerit peccatum. a Qui nescit tacere, nescit loqui. Solon pæne idem censuit in conuiuio apud Gregorium Nazianzenum. Quæsijt aliquis: Ecquid sic sileret? Annon Solon, & inter homines respondit verbosus: Stultorum, inquit, nullus tacere potest. Quod illud paginæ abunde testantur. Ad item Ecclesiastes: Stultus, inquit, verba multiplicat b. Cum enim multis pauca dicat, obscuripem semper est ac negatio. Quippe quemadmodum vacuum verbosum profundit, ac garrulitatem ille meritis non habet, & multis licet humidis ac sapientibus verbis redundet, non ideo secretam ex pectore oratio, sed in ore refertur. Qui autem sine sensu ac sententia loquitur non potest non multum loqui, quia quicquid loquitur superfluum est, argumento illud Nicostrati:

Si iactitare, & multa, celeriterque loqui
Signum esset prudentiæ, hirundines
Dicerentur multo sapientiores nobis.

Itaque inania sapientiæ pectora, velut ollæ fractæ sonum reddunt, & maligne respondent. Qualem Æmilianus illius oratorum audacis à Medimna philosophia, quæ oculi docet, strepitu viget. c Qualem Romanus Sapiens, Serapionis philosophi loquacitatem describit, qui solebat magno cursu verba conuellere, plura enim veniebant, quam quibus vox una sufficeret, & ideo cadebant ut sonant. Omnis profecto garrulitas plurimum habet inanitatis & vani, plus sonat quam valet; vim sapientiæ autem vix ullam habet talis verborum sine delectu venientium strepitus. Eo autem magis, inquit Seneca, te deterreo ab isto morbo, quod non potest tibi ista res contingere aliter, quam si te pudere desierit, perfrices frontem oportet, & ipse te non audias. Multa enim inciderunt ille cursus feret, quæ reprehendere velis. Non potest, inquam, tibi contingere res ista, salua verecundia d Garrulus & verecundiæ inimicus est pariter. Stultorum qui frontem exterserunt, linguam soluere nullum non placuit docuisse, superius in verbis suspicionem sapientiæ, gratiæ autem fatentium. e Stultus, inquit Hieronymus, cum neque præterita meminerit, neque futura cognoscat, & ignorantiæ tenebris volutetur, falsam sibi scientiam promittens, in eo doctum se putat & sapientem, si verba multiplicet. f Ubi iam multum est loquacitatis, ambæ pilus, ibi plerumque sapientiæ parum est. g

a Prou. c. 10. v. 19.
b Eccl. c. 10. v. 14.
c Apol. 1.
d Sen. epist. 40. init.
e Eccles. c. 10. v. 14.
f Hieron. in Eccl. c. 1.
g Vide Gell. l. 1. Noct. Att. c. 15.

§. II.

§. II.

IObus cognatorum suorum garrulitate fatigatus: Atque utinam, inquit, taceretis, ut putaremini esse sapientes a. Cum garrulus Apathiensis exordium fandi faceret, Theocritus velut praeco exorsus, populo silentium indicturum: Attendite, ait, Attendite obsecro, aliud genus rationis, & flumen verborum. Certè aves adeo in cantum solutae, picarum, quae parum obesae, picedes adeo clamosae, non sunt longaevae.

Quando igitur nihil facilius est quam multa blaterare, & rara avis opportunè silere, Isocrates non immerito duplex minerval exigebat à discipulis, unum quidem quod docuisset illos prudenter tacere, alterum verò quod à se loqui etiam didicissent. Hinc Bias insignem immodicae linguae facere notam: Mi iuvenis, ait, copiam fandi magister te docuit summus, copiosè loqui! Isocratis scholam non videris copiosè loqui, Isocratis scholam non videris placuisse, ille aliòquin & tacere te docuisset. Plurimam ferè loquentes, qui minimè sciunt loqui.

Morbus est, Diabetes dictus. Hispaniae praesertim non ignotus, quamvis etiam Germanos, rarissime tamen, concutiat. Hic omnem cerebrum, & quicquid in corpore humidum est, colliquat & derivat in vesicam deiectionem. Zeno ad hunc morbum alludens, cum vidit aliquis in mensa impendio esset loquacior: hic, aiebat, non bene valet, ambae illius nares defluxerunt in linguam. Morbus iste foeticus & pestilentius est, cum scilicet mens, ratio, cerebrum, avexit in os & linguam desunt, unde qui hoc morbo corripiuntur, infana loquendi libidine iactantur, nihil illis infestius quam audire, nil promptius quam loqui.

Morbus loquendi quam tenet, numquam tacet.

At certè contrarium decet, pauca loqui, & plurima audire, unicam enim linguam assignavit natura, & geminas aures. Et quam illud est turpe, tam prolixos serere sermones, ut opus sit monitore qui dicat, beatus, satis est. Nec tamen modicae virtutis est, cuiusmodi loquacissimos gerrones, taciturna modestia posse vincere. Narrant Aristotelem ab impertinentissimo fabulatore diu defatigatum, tamen siluisse. Tandem futilis ille homo interrogans: Fortassis, inquit, molestus sum tibi? Cui Aristoteles: Non certè, nam, quid diceres, non attendi. Apollonius interrogatus quinam essent optimi hominum: Respondit: qui in dicendo brevissimi, nam plurimum facere, & minimum de se loqui, viri optimi est. Vasa vacua maximum sonant.

Deus olim per Mosen edixit: Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit c. Os hominis verbosi quid aliud esse dixeris, quam vas cui nec ligatura, nec operculum est, quid ergo mireris, si variarum sordium sit receptaculum!

Narrat Pelagius è Scythia solitudine religiosos fratres ad Antonium iuisse, cum his quos & senex, qui eodem tendebat, sed in via silentium religiosissimè observabat. Illi alij liberè inter se varia garriebant neque senem prae ceteris humanissimè silentem: Mi pater, ait, facundos & bonos ut video, nactus es comites. Cui senex. Boni sunt quidem, inquit, *sed habitatio eorum non habet ianuam, quicumque vult, intra stabulum, & solvit asinum c.* Indicabat eos supra modum loquaces, quicquid in buccam veniret effutire. Aptissimè Salomon. Sicut urbs patens, inquit, & absque murorum ambitu, ita vir qui in loquendo non potest cohibere spiritum suum d.

a Iob c. 13. v. 5.
b Num. c. 19. v. 15.
c Pelag. libell. 4. n. 1. d Prov. c. 25. v. ult.

§. III.

EGo quidem, non eo haec dispero, ut homini inter homines agenti sermonis illud religiosorum aetatem silentium imperem, ne is unquam nisi statuto tempore loquatur, hoc tamen contendo, multiloquium omni modo cavendum, nunquam sermonum immoderabilitatem noxarum. Certissimum est Siracidae oraculum: Qui multis utitur verbis, laedit animam suam a. Non minus autem verè quam praeclarè mihi dictum videtur: Garrulitas & periculosa, & ridicula, & odiosa, & plurimum damnosa res est. b

1. *Periculosa* quidem, nam Salomone teste, Os lubricum operatur ruinas, & qui incautus est ad loquendum, sentiet mala c. Siquidem periculo nil vicari consueverunt garrulo, plenus rimarum est, hac atque illac perfluit.

Garru-

Garrulitate. Similiorem est porcelo, qui glaciē manu tenere cupit, quia pellucida est, sed quia tam lubrica est, sub illam inter digitos elabi: ita nugator arcanū sibi creditū scit non divulgandum esse, sed quia linguam in udo habet, vix aequit, & effundit audita. Est perforata lingua ratis garrula.

2. Ridiculum quid Garrulitas est. Cum ad verba venitur, amissio alba est garrulus, quod praeclarissimè dixit Siracides: A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori canis, sic verbum in corde stulti. d Qui puerile ludicrum quaerit, ex glādium putamina siliis pedibus agglutinare, aut caudae tintinnabulum alliget, & ipsam in ligneū ambulacrum intrusit: hoc misellum animal discurret, saliet, flebiliter clamabit, & rotabit se multiplici gyro, nec quiescet dum nuces ab ipso alligata: sic homo loquax lingua agitat, dum quod animo concepit, non plene tacuerit. Sanctus Antiochus hoc tale rustico confert ... Sed apage eos tam spurcum, tam foetentem animam, colloquium cum tali supplicium est.

3. Odiosum quid Garrulitas est. Terribilis est in civitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit. e Illud imprimis odiosissimum est, quod tamen garrulo usitatissimum, aliorum sermones interpellare. Hinc illae garrulorum voces assiduae: Nihil dicis; ego rem omnem probe teneo: si mihi operam dare velis, intelliges. Aut: Tu ne obliviscaris, quae dicturus eras, factum bene, quod illud in memoriam revocasti. Et: quam suavi interdum sermonem meum secuerit? Iam Pridem expectabam, ut eo loco meum occideres. Etiam respirandi quidem facultatem iis, quibuscum loquitur, ereptis garrulus. Ac postquā singulos loquacitate sua enecavit, discedentes comitari vult; & domum usque deducere. Quid hoc homine odiosius? Dentis cornicem linguaciarem recte dixerit. Ideo monet Siracides: Qui odit loquacitatem extinguit malitiam. f

4. Garrulitas est damnosissima. Et quantum illud damni est quod garrulus sui ipsius fit proditor, quicquid in illo vitiosi latet, hoc linguae intemperantia ... in apertū ejicit. ... scilicet fabella fabri. Verissime dixit Plato, homines amore ipso fieri facundos ad loquendum de rebus quas amant. Suidas asserit Homerum ... epulonem, Aristotelem garrulum à Timaeo indicatum, quod saepius de epulis & gulae illecebris locutus esset; quaecumque diligimus, haec colloquiis resonant, & nos ipsos prodimus. Hinc Thomas Aquinas religiosissimus non immerito judicatur, quod cum sociis de rebus duntaxat sacris & religionem spectantibus consuevisset loqui. Ea de causa Siracides locutionem instituens: Omnis, inquit, enarratio tua sit in praeceptis Altissimi. g Prisci Anachoretae id observabant, nunquam ad colloquium progressi, nisi memorabile quid dicere haberent, quod imitatione vel certe memoria dignū esset. Ut aera tinnitu, & fictilia sono, ita verbis homo dignoscitur. Si cicadam alā prehendas, ipso & vique clamat. E speculis, aiebat Demetrius, ... habitus, è colloquiis imago animi sistitur, ut verissime dixerit Socrates, qualis vir, talis oratio. Ubi multum oris, plerumque parum est operis. Dives verborum, inops rerum est, ut dicere liceat: Vir est verborum, non verba viri. Semel interrogantes, & totum diem respondent ut ... frangis. Quicquid venit in buccam, narrat velut historiam. At multum garrire, est multum mentiri.

a Eccli.c.20.v.8.
b Vide Plutarch. de Garrulitate.
c Prov.c.26.v.vlt. & c.13.v.1.
d Eccli.c.19.v.11.& 12.
e Eccli.c.9.v.vlt.
f Idem c.19.v.5.
g Eccli.c.9.v.23.

§. IV.

De garrulo Ecclesiastes planissimè: Initium, inquit, verborum eius stultitia, & novissimum oris illius error pessimus. a Quoties verbulum leniter editum omnem dissolvit amicitiam? Ante annos non multos vile conviciolum inter Danos & Suecos, quantas tragoedias excitavit? è favilla tantum incendium. Loquacitatis finis infortunium est. Cogitatos Iobi non male ratiocinatur: Numquid, ait, qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus justificabitur? b Ubi copia verborum, illic indigentia rationis: ubi tam mul-

tum palearum, ibi plerumque parum fru-
ctus. Rarissimi idem & verbis & factis
valent. Euagrius loquaces amygdalo con-
fert, quae omnium fere arborum prima florere,
sed per propera hac celeritate nebulis ac prui-
nis miserè plerumque: ita garruli licet aliquid no-
vi commodent sibi tamen semper plurimum no-
cent. Labia insipientis praecipitabunt eum, di-
cit Ecclesiastes. *b* Verum in multiloquio ad-
eo peculiare est, ut ne quidem, si vera dicant,
credatur loquacibus. Et quemadmodum hy-
pocaustum cum liberaliter calefactum, si patet,
si ostia panduntur, aestuat: ita quicquid boni
spiritus, quicquid optimi caloris diu collectū
est, id omne vas garrulitas effundit. Et quid
probe scit [illegible] in eo homine, qui perit,
eritur, loquacissime loquantur, qui Dodonaeum aes
superat, illud etiam aeneo è vento flagello
superat, ictu tranquillo sine, atque hanc lin-
guam, ictus tranquillo sine, atque hanc lin-
guam nihil potest compescere non bruma,
non aestas, non ventus, non serenitas. *Va-
re nequit loqui, tacere qui nequit.* Et nunc
quid colligunt de spinis uvas, aut de tribu-
lis ficus? *c* Non pendent poma in disciplini-
bus dumis, nec spinea fecerunt voli ali-
bus dumis, nec spinea frequentia vitae do-
que fingo complentur: sic melioris vitae do-
cumentū non à garrulo expectes, sed si sive ma-
ca, querelas irritiones, obtrectationem, & hoc
genus terribilissimum sermones. Verissimum: In
multiloquio non deerit peccatū, & quod se-
quitur, multiplex damnum. Quoties haec for-
mata audivas verba piaculi extrasisti, quae
nulla unquam poenitentia satis dilueret potuit.
Dolent illi quidem haec aut haec à se dicta,
tamquam etiam statim emendare dictorum
damna? Aucupem, nisi garrula, manu misisti,
nulla cum fistula fascinata retrahes, semel e-
missum volat irrevocabile verbum: viam re-
missum non relegare, nisi forte quod multis acer-
bius, per legalem redituro. Ideoque fiet quasi
dic, per legalem redituro. Ideoque fiet quasi
serviens tui: nam in multis sermonibus inve-
nietur stultitia. *e*

a Eccles. c.10. v.12. *b Iob c.11. v.2.*
c Eccle. 10. v.14.
d Matth. c.7. v.16.
e Eccles. c.5. v.2. & 3.

§. V.

INspiciet Augustinum in mediam confes-
sionis: Linguam domabis, inquit, si vigila-
bis, vigilabis si timebis, timebis si te Chri-
stianum esse cognoveris. *a*. Restinguenda est
scintilla ne fiat flamma; surculos praecidendos,
ne crescat in silvam; gutta siccanda, ne cu-
mulet in fontem. Ea de causa Palaestinus rex
David, Nemini supplex: Pone, inquit, Domi-
ne custodiam ori meo, & circumstantiam labiis
meis. *b* Ecce Domine, solertissime linguam na-
tura munivit, ossea cataracta porta includit,
valvis coercuit: haec tamen omnia frustra sunt,
nisi tu Domine appositeris tuas excubias. Er-
go pone custodiam ori meo, neque solum cu-
stodiam, nam in bello milites etiam aggerem
iaciunt, & vallo se defendunt, oro puni &
ostium circumstantiae, geminam sancti Spiri-
tus domum postulat, illud consilii, illud
fortitudinis est. Consiliū docet, quid, quando
& quomodo loquendū, aut tacendum sit: for-
titudo animat ad loquendū quod decet. Nec
tamen solam à Deo David petiit, sed ipse cū a-
nimo suo sic statutum habuit: Dixi, Custodiam
vias meas, ut non delinquam in linguā meā. *c*

Res hic memoratu digna in mentem est.
Aiunt ad Pambonem Aegyptium eremitam
venisse virum eruditum, qui hoc Pamboni
persuaserit, ut eorum sanctissimas litteras etiam
sangeret. Initium ergo sumptum à psalmo
trigesimo octavo. Dixi: Custodiam vias meas,
ut non delinquam in linguā meā. Atque vix
versus primus fuisset explicatus: satis est ait
bat Pambo, postquam hoc callero, plus dis-
cam. Diu post redijt Doctor, quaesivitque
& cur non pergeret, alteramque poscerent à
se partem praeceptionum? Cui Pambo: Pri-
mam, inquit, nondum perdidici & quo mi-
nus autem progredias. Apostoli praeceptum
erat, Estote factores verbi, & non auditores tantum *d*. Post annos complu-
res à quopiam suorum familiarium rogatus,
an primum illum psalmi versum didicisset. Re-
spondit quadraginta totum annis hunc ver-
sum discere conatur, vix demum radicem
illius notitiam assecutus sum. Eandem hanc
tacitam Agathon Abbas considerare vo-
lebat, sed contra ac semper maiorem, quam De-
mosthenes suam illam cacinā litteram. Ergo
erat Agathon illud Salomonis: Qui custodit
os suum, custodit animam suam *f*. Triennio
igitur silicem ore circumtulit, ut vel hac ra-
tione taciturnitatem cogeretur discere. *g* Ne-
que hoc

quæ hoc adeo in homine admirandum, ab animantibus id discimus. Anseres, vti Ælianus commemorat, Taurum montem transmissuri, lapidem mordicus tenent singuli, ne clangorem fundant, idque Aquilarum metu faciunt; ita silentij frenos sibimet iniicientes montem transuolant, suppressaque omni clangoris significatione, Aquilas penitùs falllunt h. Cacodæmon rapacissimus vultur, noctes atque dies nobis insidiatur, tum maximè nobiss, cum nos minimè tacitarni. Quia ergo lapillis os obstruimus, duobus præcipuè Timore Dei, & Proposito firmo. Quisque sibi dicat, Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: diuinis oculis omnia certentibus, diuinis auribus nihil non audientibus vndique sum expositus, spector & audior vndique.

Philosophiæ præceptum est: Sic loquendum esse cum hominibus, tanquam Dij audiant; sic cum Dijs, tanquam audiant homines i. Monitum hoc Apostolorum princeps confirmans: Si quis, inquit, loquitur quasi sermones Dei k. Ita mens custodita erit, si prius fuerit lingua. Gregorius hæc omnia complexus: Dum, inquit, quisque per verba diffluit, perdita grauitate silentij, mentis custodiam amittit l. Vir linguosus non dirigetur in terra m.

a *Aug. de verb. Dom. serm.* 18.
b *Ps.* 140. *v.* 4.
c *Ps.* 38. *v.* 1.
d *Hist. Tripart. l.* 8. *c.* 1. *& extat Marulus l.* 4. *c.* 6.
e *Iacobi c.* 1. *v.* 22.
f *Prouer.* 15. *v.* 3.
g *Pelag. libell.* 4. *num.* 7.
h *Ælian. l.* 5. *de Animal. c.* 29.
i *Macrob. l.* 1. *Saturn. Sen. ep.* 10. *fine.*
k 1. *Petri c.* 4. *v.* 11. l *Gregor. l.* 10. *mor. c.* 2.
m *Ps.* 139. *v.* 12.

H

a HYPOCRITICAM *Linguam graphice repræsentat Absolon ianuis regiæ, qui fratrem suum Amnonem per aulicas delicias, à fronte humanissimè salutat; sed à tergo clanam exhibitam ciuilitas cum occasione premendam. Vide C.* 4. §. 4. *fine.*

b *Linguam* HYPERBOLICAM *& dicta nimium exaggerantem, elephas designat, qui tabellam in cauda depictam muscam præfert. Elephantem ex musca, tantum è tantilla, saepissime creamus loquendo. Vide C.* 4. §. 1.

H

CAPVT XXIV.

Hyperbolica & Hypocritica Lingua, quomodo vtraque cognoscenda & fugienda.

MIrum, nuspiam diuinas litteras mentionem facere, de vllo damnatorum ad inferos, qui questus esset qua parte magis cruciaretur: solus epulo, interfectior Lazari, linguæ cruciatus lamentatur: Membris omnibus ardet, & soli linguæ refrigerium rogat. Si ergo tantum linguæ supplicium in rogis illis æternum sopiendis, cur non maximam linguæ curã gerimus, dum vita superest? Mors & vita in manibus linguæ. a Idcirco vitam appetere, & linguam negligere, est operam ludere. De Lingua GARRVLA superiore disputatione actum, sequuntur HYPERBOLICA & HYPOCRITICA; quâ ratione hæ geminæ linguæ sint dignoscendæ, quâ porro fugiendæ, hoc capite exponemus.

a *Prou. c.* 18. *v.* 21.

§. I.

APud Laconum regem Agesilaum, laudatus quispiam est, ab eo artificio, quod minima quæque mirum in modum exaggerare nosset, & muscam ad elephanti magnitudinem extolleret. At ego, inquit Agesilaus, nec sutorem quidem laudauerim qui paruo pedi magnum calceum induceret.

Hyperbole, Rhetoribus eminentia superiectio dicitur, quod res paruas amplient & attollat. Seneca: Omnis hyperbole, inquit, extenditur, vt ad verum mendacio veniat. Itaque qui dixit:

Qui candore niues anteirent cursibus auras:
Quod non poterat fieri, dixit: vt crederetur quantum plurimum posset. Et cui dixit:

His immobilior scopulis, violentior amne:
Ne hoc quidem persuasurum putauit, aliquem

 tam

non immobilem esse, quàm scopulum. Numquam tamen ipsa hyperbola quantumvis augeat, dicit, sed incredibilia affirmat, ad vt ad credibilia perveniatur. Itaque ille loquendi modus rem plus æquo exaggerat. Atqui hic (cum Hieronymo loquor) nemo non Rhetoricatur. Hyperbolen sermoni millies miscemus, & tamen ipsi Rhetoras non esse negamus. Tam altè nobis insidet hoc linguæ vitium, vt vix vna verba fari sciamus, quin magnâ lingua rem altero tanto maiorem faciamus, aut augendo nimium, aut deprimendo. Hinc frequentissimè fama spargitur, quæ eundo crescit; quilibet auditorum addit aliquid. Primus, quinquaginta in acie cæsos dicit: Alter centenos, & aliquot: Tertius ducentos: Trecentos quartus. Breui mille occisorum narrantur.

Fama malum quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. a

Quotidianus hic lusus est: noua semper somnia, & recentes fabulæ sparguntur. Vidi decem lupos, ait iste: illum mox sequitur qui dicat visos esse viginti. Breui fama percrebescit, esse hominem qui viderit lupos simul triginta. Neque hic sistit lingua hyperbolica, à decem lupis quos primus confinxit, paullatim quinquaginta, septuaginta, nonaginta, centum producit exaggerando. Tandem vnum lupum fuisse visum comperitur, aut simile quid lupo. Pari modo è culice cerebrosè producimus elephantum, formidandam belluam ex alato vermiculo.

Indicos tauros aiunt linguas habere tam longas, vt eas ad aures vsque extrahant. Linguæ hyperbolicæ ad aurium vitiosam excurrunt, quicquid enim ab auribus admittitur, ab his linguis iterum redditur amplo fœnore.

Sanctus Ignatius magnæ familiæ religiosissimus parens, linguæ non vim maiorem quam moderationem ostendit. In laudando parcus, in vituperando fuit parcissimus. Exaggerationes eiusmodi, atque hyperbolas sic exosus est, vt neminem facilè aut amantissimum, aut pijssimum, aut superbissimum appellare auditus sit. b Certè amplificationes istæ mendacio admodum sunt affines. Eequid, quæso te, mi homo, sic minima quæque amplificas, quid depressa sic extollis, minuta sic auges, & nubes formam concilias, quasi carrum, pulchriores efficis, quid vectis pennas adijcis tam indecoras? numquid vt muscam eijcias, gladius à pariete detrahendus; aut vt ouum aperias, securi armanda est manus?

Miserat Moses qui viderent illas terras certâ oculorum fide explorarent. At illi redierunt, & linguas hyperbolicas retulerunt. Nam omnia in maius efferentes: Maxima, inquiunt, multitudo est, & nobis staturâ procerior; vrbes magnæ & ad cælum vsque muratæ; filios Enacim vidimus ibi. c An non hoc exaggeratum est, & ædificiorum moles cœlo certantes commemorare, ingenti sed vanâ consternatione animorum?

Non multum ab his aberrant alij eæ eadem gente magniloqui declamatores. Ingens fuerat dissidium excitatum inter Israelis familias. Venerant autem nuntij hyperbolicis linguis instructi, dicebantque: Rubenitæ & Gaditæ ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. His auditis Israelitæ miserunt legatos qui dicerent: Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? d At illi legatis responderunt, optimo à se animo id factum, maleuolis similia id interpretantibus fidem non habendam, nec tam facilè credendum plus æquo eum exaggerantibus. Ita legatis & Israelis maioribus satisfactum.

Is itaque qui veritati studet, exaggerationes oderit, hyperbolas caueat; sic rem proinde efferat, non cothurnis comœdiæ excitatam, nec tragœdiæ soccis: omnia verborum grandia grandius efferenda, sua rebus sit auctoritas, paruis parua, magna magnis. Proximus mendacio est qui augere rem solet, aut minuere. Sed linguam hypocriticam consideremus.

a Virg. l. 4. Æneid.
b Ribadeu. l. 5. de illo c. 6.
c Deut. c. 1. v. 28.
d Iosue ca. 22. v. 16. & 16.

§. II.

DE Hypocrisi nullus hic dicendi locus, nisi quà linguam illa insidet. Alij hic inpositi sunt & verborum abundantes, ego stu-

ctius

ctius tam persequar, neque enim de omni fictione vel simulatione, sed ea tantum disserendum, quae aliud pectore clausum, aliud ore promptum habet, turpissimâ oris & cordis dissensione. Enimverò mentis ac linguae perennem concordiam, dic quibus in terris reperire sit? Vbique fucus, vbique mendacium est, sincera fides vix vsquam. O vita fallax, quot abditos sensus geris! quot lingua tegit copertos!

Sanctus Maximus clarissimus martyr, linguae hypocriticae sobolem praeclare depinxit. Est odium, inquit, amicitiae habitu velatum, est inuidia dilectionis stylum imitans, est falsitas benignitatis, quae sola confirmatione apparentia, quae aliud intus colorat, & praeter animi affectionem regis apparatus pietatis habitu. Sapiens Hebraeus: Simulator, inquit, ore decipit amicum suum. Lingua dicit: Tuam vicem, mi frater doleo. Mens cogitat: Doleo & ego, sed hoc tantum, quod damnum tuum, quàm velim, leuius sit. Sic alter alterius miserias deflemus, sed siccis oculis, sed ridente pectore: praesentem in os laudamus, absentem laceramus dentibus; coram dicta factaque probamus, improbamus vbi abfit: tanquam si quis altera manu sudorem detergat, altera vulnus imprimat; altera demulceat, veneret altera. Ita fallacibus blanditijs, osculis, amplexibus odia velare didicimus: omnem oris vastitatem adhibemus, vt quàm suauissimè fallamus. Iobus id obseruans: Cum dulce, inquit, fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. Sicut crabro, dum insidet flori, cum melle in alueolum immittit: Sic lingua hypocritica, dum mellis aliquid afflandum aut tacet, aut fictè loquitur; eum demum agresti & barbaro fremitu tumultuatur, cum procul est à melle & flore.

Laban abeuntem Iacobum generum velut fugitiuum insecutus, in monte Galaad comprehendit, & Cur, inquit, ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? O linguam hypocrisis plenissimam!

Ter peccat qui se bonum illi simulat, cui facit malo.

Itane, mi Laban, soceris tuae filium tantis tripudijs deducere volebas, & fidibus prosequi? Vel canes, credo à culina solemus, certè suspectoribus annis aliam te acturum generibus, quàm modo iacies. Dicitis, ô boni, & non facitis. Hoc valet, hac voce Ioabus Amasam salutauit, interea latus pugione perfossit. Hoc ore Iscariotes in Oliueto magistrum compellauit, Aue Rabbi; Aue Mariae fili, ego etiam inter discipulos tuos censeor, cur non aequè atque alij ad congratulationem afferor? Nequissime speculator, altera panem, altera scorpionem fers: Audies cum Merdeus. Verè molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Ita loqui consueuere amici labiorum, hostes animorum; oblectare aures, vulnerare mentes: ita ciconiae sublimè quidem volant, sed rostro serpentem ferunt; ita illi à fronte mulcent, à tergo viperant. Vultures sunt, qui simulantur esse Aquilae. Talis ad amussim fuit Herodes Ascalonita qui Aristobulum, coniugis suae Mariamnes fratrem, Pontificem designatum conuiuio peracto in opportunum locum magna comitate pertraxit, ostendoque se pariter in eius gratiam iuueniliter colludere. Cumque loci eius natura esset aestuosior, cito defessi otioso lusu, magnas piscinas, quae ibi circa aulam erant, frigus captabant medio aestus tempore, ac primum spectabant natantes quosdam è socijs & familia. deinde postquam prouocante Herode adolescens quoque iis se miscuit: quidam amicorum, quibus hoc datum erat negotium, deprimentes eum natantem, & quasi per lusum ac prolusionem mergentes, non prius dimiserunt quàm omnino aqua praefocatus esset. Hic fuit Aristobuli exitus, anno aetatis decimo octauo, Pontificatus primo. Haec fuit Herodis sanctimoniae fictissima lingua hypocritica, qua miserum iuuenem vafris colloquiis pelliciens ad tam funestam tragoediam. Hypocritica haec lingua omnibus largiter benedicit, optimeque precatur cum agitur, sed illam execrationes pessimas permittit. Est instar speculi, quod vt imago penetret, pictura picta ad volantes indicatur. Est instar apiculae quae mel offerunt, sed non procul abest aculeus. Haec lingua nouit omnia vafrè ambitioseque celebrare. Sua verba ambigua & perplexo sensu iacere, ita vt in omnem partem facile torqueri possint; omnes Rhetorum tropos, omnes Dialecticorum equiuocationes & amphibologias callet. Hinc illa Machiauelli

praeceptio. Verum igitur esse aut principes, eumque imperium conservare: quibus autem id fiat rationibus, ex modo honestis speciem prae se ferant, nunquam non boni et digni Machiavellisque existimabantur f. Hinc illud Machiavellicorum: Iura, periura, secretum prodere noli. Hinc illud politicorum: Intus lingua, mentem in lactatam gero. De his veterno pronuntiavit Salomon: Profert mendacia, versipellis g. Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau h. Olor plumis quidem candicat, sed carnem habet nigram. Oraenique. Linguas hi velut cygnus plumulis ostendunt mollissimas, & quibus nihil possit esse politius, at intus animae fuligine politica infectas. In hos aequissima indignatione commotus Siracides: Qui sophistice loquitur, inquit, odibilis est; in omni re defraudabitur; non enim est illi data a Domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est. i

a *S. Mar. Conf. l. Cursum. c. 67. & 68.*
b *Prov. c. 11. v. 9.*
c *Iob c. 20. v. 12.*
d *Gen. c. 31. v. 47.*
e *Psal. 34. v. 24.*
f *Machiavell. l. de Principe c. 18 circa finem.*
g *Proverb. cap. 14. v. 25.*
h *Genes. cap. 27. v. 22.*
i *Eccli. c. 37. v. 23.*

§. III.

DRogo Hostiensis praesul: Quot sunt hodie, inquit, qui dicunt, nos sumus de domo Christi, nos sumus de domo Ecclesiae: Et sunt de domo Caiphae, hoc est, hypocrisis: quod Petrus negando, hoc illi faciunt affirmando a. Gulielmus Peraldus: Hi sunt, inquit, filiae diaboli, qui filios Dei aemulari norunt loquendo b. Audias hos etiam de Deo, deque virtutibus differentes. Si verba spectes, puras angelos credas; si ad rem venitur, viri homines sunt. Non male mercatores eos dixeris, qui columbinas caveas vendunt, verba fundunt mitissima, sed quibus nihil subest pectoris. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me c. Frequenter sola labra & frons amicum loquuntur, intus aestuant odia; imo amicum labia mentiuntur, pectora claudit hostilia.

Iobus feralem in hos sententiam pronuntiat: Non veniet in conspectu eius, inquit, omnis hypocrita d. Quicunque in rancore sive factis sive verbis hypocrisin exercent, sua manu sive linguae inludunt hypocrisis, a Dei conspectu excluduntur aeternum. Et cur obsecro? Quia hi tales picti loquentes (sic appellem) oculos solum auresque hominum attendunt, coelestes & aures & oculos negligunt; imo eos falli putant, si possent. Deus per regium vatem amantissime pollicitus: Firmabo, inquit, super te oculos meos e. Perinde ac dixisset, Non auferam oculos meos a te quia tu allidas semper oculos tuos ad me. Quisquis non in caeteros sed factis dictisque oculos suos tamquam in Dei vultu defixos habet, humanis oculis facile glaucoma obiicies, illud secum semper reputans: Nominis oculi in cordis mei recessus se penetrabunt: bona verba danda sunt vel pessimis hominibus, quid cogitem, illi nunquam assequentur; imperium in cogitationes meas meum est; hic mihi nemo obstrepserit.

Huiusmodi homines nec rationem admittunt, nec institutionem, linguas habent pene insanabiles. Nesciunt quam in eis diabolus sanaiter meridietur, nam, ut Iobus loquitur, sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus f. Neque hic facile quies illius turbatur. Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum g. Sensim sine sensu hoc peccati genus crescat, nec in suspicionem venit tanti nocumenti. Arguae tales, & audies quam facunde illi sese purgare norint, & culpam in alios vertere.

a *Drogo l. 1. de sacramento domin. passionis.*
b *Perald. tom. 2. Summae Virt. & Vit. de sep.* *c. 40.*
c *Marc. c. 7. v. 6.*
d *Iob. 13. v. 16.*
e *Psal. 31. v. 8.*
f *Iob cap. 40. v. 16.*
g *Sapient. cap. 1. v. 5.*

§. IV.

ANnales Iudicum de hostibus Hebraeorum haec memorant: Fuit Dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant a. Certe falcatum formidandam belli machinamentum, obeis quoque discindit, om-

dit, omnem aëris ordinem solvit. Habitatores vallis salsi suspensi locusculis; quemin lingua velut falcaria cuncta ubique pertransit, adversaria quævis disjicit, quæque viam capit, occidat, & caedit. Ipso Christus tonat in eruditissimis sua concionibus: Væ, inquit, vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos non intratis, nec introeuntes sinitis intrare b. Vobis alia lingua, mens alia. Sed nequiquid non melius est, solum intus malum habere, quam latus & fortassis ego Christus hæc pictam linguam totius reprehendit: Hieronymi dictum est: Simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas. Nil inest boni, quamvis inesse videatur tam corruptæ linguæ; & frequenter plus nocere potest amicus tam fraudulenter occlusus, quam apertus hostis. quid enim ab illo fatuaco nequam aliud audias, quam, Ego patronus sum tuus, & ero dum supero; tu semper saevissimum experiris; necesse quod malim, quam tibi prodesse. Hic niger est, hunc tu Romane caveto. hæc talis è plausibus spargit lingua, hypocritica.

Anastasius Manichæus (uti Zonaras memorat) cum animadverteret suo Orientis imperio negari ob hæreseos de se suspicionem, Euphemio Constantinopolitano Patriarchæ credebatur, hypocriticam linguam subsidio sibi statuit capere, Catholicam fidem & voce & scripto amplexus est, ut Imperator esset. Fuit, sed postmodum; primum enim erat Euphemium virum integerrimum sede pellere, Macedonium successorem eadem non diu post amovere, dum Timotheum reperit, hæreticum sui oris & sensus. Et tamen Anastasius supra viginti quinque annos imperavit. Hæc æqua sunt judicia Dei permittentis, qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi c.

Ecebolius sophista, Iuliani apostatæ præceptor, linguam habuit ad omnem hypocrisin eruditissimam, velut plicatilis cothurnus, omni loco accommodandam. Hinc Ecebolius sub Constantio Imperatore Arrianus, sub Iuliano paganus, sub Iouiniano Catholicus: verbo, verissimus Chamæleon, cuius parum colorem assumpsit, ipsum fefellit. Sed omnium talium verissima effigies impudentissimus Absalon, quem in extremum malorum voraginem præcipitavit hypocritica hæc lingua. Narrant Regum fasti, quantis simulationibus ambitiosissimus filius regnum sui parentis ad se transtulerit. Nam mane consurgens Absalon, stabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum qui habebat negotium, ut veniret ad regis judicium, vocabat Absalon ad se. En regni hic impetus velut sancti advocatoris tamquam, & blandissimè salutans, de qua civitate adesset, quæsivit; & ubi cuiusque negotii rationem mollissimis sermonibus illustravit, subjungebat eadem continuò: Videntur mihi sermones tui boni & justi, sed non est qui te audiat constitutus à rege. Et velut publicæ amantissimus; Quis, inquit, me constituat iudicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicem? Sed & cum accederet eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehensum osculabatur eum d. En quam simulatè omnia & ficte! En, quam scitè Absalon, intus esse Nero, foris Cato. Sed tulit pœnas hæc lingua supplicium non pictum. Absalon medius inter cælum terramque miserabilissimè pependit, nec implexa lingua, quot fere capillos ferebat capite; tribus lanceis transfossus laucio, ut quem & cælum & terra respueret, triplici dignum morte. Ita tandem Deus in hæc plausibiliter linguatas animadvertit, quandoque sera, sed seria ac severa castigatione. Sapientia fletis damnis. Illud Iobi repeto: Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Cum ergo loquimur, det lingua pictura honorem cordi, ita ut quod cogitat, illa profiteatur.

Vita quæ pari cum verbis ambulat gradu, approba est.

a Iudic. cap. 1. v. 19. b Matt. cap. 23. v. 13. c Iob c. 34. v. 30. d 2. Reg. c. 15. à v. 2. ad 6.

§

1. IMPRVDENTEM linguam nunc narratis conferimus; nil dixi nauticae exploratae. Vide C. 3. § 2. initio.

2. Nequissimæ hic parte qui jamus venalia expendit, IMPORTVNAM, IRREVERENTEM, IMPRECANTEM, & IVRANTEM Linguam simul conviciae manu mobilis comprobo. IMPORTVNAM, transferentiam enim plerisque linguæ tamen allatae; Cum autem humanissimus est, ad morandum invitat. IRREVERENTEM ostendit minimè mobilis auri-

[illegible] auriculas asini albas imitata. IMPRU-DENTEM *[illegible] corvi, cum comere nolunt quas ap-pellant, tanti enim & pristum & patibulum, [illegible] diabolus [illegible] imperare. Ly-*[illegible] RANTEM *[illegible] lapidem tenet, [illegible] sibi poma vendere, & [illegible] Vide C. 6. & sequentia.*

I

CAPVT XXV.

Quantum Lingua Imprudens, Importuna, Irreverens incommodet.

SI cui inter priscos nobile fuisset ingeniū, & vultus deformis, dicere solebant: Anima illius malè habitat. Hoc dicto Æsopus erat [illegible] notabatur, qui sapientiam plurimorum præcipuè [illegible] superabat ingenij acumine, sed quia omnia ea deformitas confudisse videbatur, mens eius in fœda domo habitare dicebatur. Hic ipse [illegible] cenā domū rediens, canem allatrantem sic allocutus est: O canis, canis, si hac pessima lingua frumentum tibi emeres, mihi sapere videreris: sed quia hac ipsa non nisi [illegible] mihi aliud non es, quam imprudens & impudens canis.

Alphabetum Romanum post illam litteram H. de quo supra, litteram L. characterem [illegible] proponā, in qua plures [illegible] quæ linguæ: inter has agmen ducant Imprudens, Importuna, Irreverens, Lingua, quas latrantibus catellis rectè comparaverim, qui hoc [illegible] vt iam alios [illegible] lapidibus in eos agerentur [illegible] poterit cognoscere, qua ratione horū catellorum latratus ad silentium componendi. Igitur iam de Imprudente, Importuna, Irreverente lingua disseremus.

§. 1.

Lingua *Imprudens* non malè confertur nautæ temerario, qui absente [illegible] scopulis [illegible] periculis obijcitur. Si desit linguæ [illegible] Dei, qui velut [illegible] in [illegible] scopulos mille [illegible] impinget, vt verissimē dixerit Siracides: Labia insipientis præcipitabunt eum a. Lingua Imprudens & inconsiderata, [illegible] Ecclesiastæ leges [illegible] Legem tulit Ecclesiastes illam. Omnia tempus habent, Tempus tacendi, & tempus loquendi. At linguæ Imprudenti semper est tempus loquendi. Hinc errores innumeri. Si quæ ergo in [illegible] velit [illegible], qualiter hæc tacere & [illegible] lingua [illegible] offendat, abscedat, [illegible] sibi operam sumet, ac si [illegible] fluctus [illegible] Hoc [illegible] commodi habet hæc lingua, quod ea, si [illegible] plerumque parum fidei habeat, non nisi apud sui similes chara.

Vt ergo hoc malum è facie noscatur, Imprudentis linguæ insignia hæc sunt: Nullum in dicendo, loci, personarum, temporis rationem habere, Priusquam interrogetur vel audiat, respondere, loquentem alium temere interpellare; proferendum sermonem nihil examinare; obvia quævis narrare; aut omnibus obvijs, quicquid occurrerit, communicare; nulli loquendo cedere; in omnibus [illegible] suā victoriam deposcere; contra [illegible] eorum, quod [illegible] est, [illegible] non curare; nihil moderatè dicere. Hæc sunt linguæ Imprudentis signa non fallacia. Quod si hæc lingua magnæ sit auctoritatis, & quidem in vulgus nota, plurimum poterit obesse. [illegible] exemplo rem demonstramus. Quis æquo Hieremiæ prophetæ Hierosolymis similior? Hieremia? qui interitum populi vberioribus lacrimis deflevit quàm Hieremias, & tamen vetustissima magni nominis lingua, hunc ipsum sanctissimum vatem tanquam vrbis proditorem apud omnes proclamavit. Cum enim Chaldæi Hierosolymā obsidione cinxissent, & Hieremias expugnationem vrbis palam prædixisset, nec tamen vlli civium, ad frugem bonam se reciperent, vates in agrum Beniaminis cepit, & quidem eo tempore quo civium transitus nondum erat prohibitus. Hieremiam exeuntem è porta observavit Ierias, & mox in virum sanctissimum irruens: Tu, inquit, ad Chaldæos profugis. Paratus erat vates abesse sui causam reddere, at ille surdis auribus, quicquid diceretur, exclusit, & mox vinctum ad vrbis principes pertraxit, velut transfugam & proditorem. Tantum valuit vnius linguæ auctoritas, vt sanctissimus vates (quem antea summi, imò adorabant, quem etiam appellabant his vocibus: Ora pro nobis Dominum)

ministri] non tantum sanctitatis opinionem amisere, sed ob vanam inconsideratamque linguam prius habitus quam pessimus proditor, colaphis percussus, flagellis cæsus, in carcerem detrusus. Linguam tertiæ pluribus se vitijs laborare ostendit, & tamen caussam suam euicit. Et omnes crediderunt illi. *b* Tanti est vel vnica imprudens lingua.

Ioannis Baptistæ auctoritas apud ciues Hierosolymitanos tanta fuit, ita vt si vnus ille annuisset, in Messiam receptus fuisset, & tamen omnes Baptistæ cōcionem tantam Christo dignitatem conciliare non poterant, quin eam apud suos improbissimus Caiphas dixeret vnico hoc dicto: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt eum interficerent. *c*

Nabal, vir stultorum facile princeps, qui tamen in rem suam non adeo stulte sapiebat, quam Imprudentis fuit linguæ! Cum enim Dauid penuria compulsus sibi suisque milites commeatus aliquid humanissime petiisset, imprudentissime Nabal vociferari: Quis est Dauid? & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sunt? *d* Hæ voces per linguam Nabali redijssent, imo omnem illius familiam ad internecionem deleuisset, ni Abigail Nabalis vxor ortum hoc incendium prudentia sua extinxisset, mox enim cum liberalissimo cōmeatu aduolans Abigail, & Dauidi supplex ad genua accedens: Ne ponat oro inquit, dominus meus rex cor suum, super virum istum iniquum Nabal; quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo. *e* Vocem prudentem & sanam ab eo nemo expectauerit; iam notas est; & quamvis mox sibi caueat, stulte tamen omnia & inuaste agit, lit tam fatuas voces emodit cum a se eait. Sic ergo vnius tam barbaræ insaniæ. Omnia quæ perorauit, prudentissime persuasit; & manu linguam imprudentissimam coercuit tam liberali consilio.

a *Ierem. c.* 10 *v.* 22.
b *Num.* c. 37 v. 11. & seqq.
c *Ioan. c.* 11. *v.* 40. & 53.

d *Reg. c.* 25 *v.* 10. 11. e *Ibid. v.* 25.

§. II.

IN propugnaculis portæ non prius reserantur, quam oculis omnē partem circumspicientibus omnia prospexerint. Imprudentis linguæ haec mos negligentissima, Ratione tantum temporis nam peruenit, dum illa circumspiciat, nam sermonis ostium tanto reseranda. Ei patulas semper vult esse fores lingua imprudens, velut noctes atque dies patet atrium Ditis.

Cæco, cui opē negant oculi, ferunt manus, dum viam prætentant, aut baculū pedum ductorem dirigūt, sic linguæ faciendū foret, nunquam illi prodeundum non prævisis antecessore intellectu: circumspectio ubique præcedat necesse est, aut in præcepi ibunt. Quæ nequam: expendit nunc, quin eos contemplentur, ut quantum affert det pro sollicitudine. Linguæ Imprudentis verba, prout in buccam venire, effundit: nimis ille seorum argentum videtur, voces expendere, & ad libellam examinare; ita verba quæ dum porta exeunt, coniungunt, volant. Nimia verborum profusio, euidens pænæ signum Imprudentiæ. Non potest mens in tanta profusione satis prouidere, vt quid eludantis inconcinnum, temerarium, imprudens, fatuum, non magis quam ex alio prostrusum corpore, qua parte primum, qua postremum etiam tangat, prospicere possit. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est. *a*

Epictetus in commiseratione censet linguam admodum imprudentem, quæ in maxima varietate & copia tam fermæ & aliarum, quam aptagine causis insuper tantum & paliea penes illa Deus proponit nobis gubernationis & prouidentiæ suæ admirandam seriē connexionemque caussarum tanquam scenula: hic imprudentissima lingua sit quæ alia postulet, aut meliora; ita magis quoque imprudentiæ est, si ditior spernat tenuiorem, nullus enim equus alteri equo vnquam obiecerit: Sum melior te, quia plus pabuli habeo, quia mihi frenum inauratum, tegumen holosericum, ephippium acu pictum est. Sed si posset, diceret: Sum velocior te, sum te tractabilior, & ideo melior. Sic omne animal ex virtute & vitio suo proprijs melius deteriusve iudicatur.

Idcir-

Idcirco, inquit, Epictetus: Præscribe iam tibi formam quandam, & legem quam custodias: quamque & ipse tecum, & in congressibus hominum, obserues. Ac maiori quidem ex parte silentium præscribitur, aut necessaria dicantur, eaque pauca. Raro autem cum se obtulerit occasio, ad dicendum veniemus, sed non quibuslibet dicemus: non de gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de athletis aut potionibus, quæ eis passim inculcantur. In primis autem de hominibus, cum verba facimus, ut eos vel laudemus, vel comparemus, caueatur *b*. Epicteti monita, Hipponensis præsul Augustinus auctoritate qua valet maxima, confirmans: Custodi ergo, inquit, vias tuas, ô Idithun (ô transiliens, ô impendens loquutor) & noli delinquere in lingua tua, perpende quod dicturus es, examina, consule interiorem veritatem, & sic profer ad exteriorem auditorem *c*.

Non male linguam impudentem compararem illi gallo gallinaceo, de quo hoc habet vetus apologus. Feles in domum pauperrimam clandestino meatu subrepserant at nihil ibi iam repererunt, quod Lauernæ placere posset præter gallum gallinaceum, sed macie tortuosum. Cumque in hunc culter expediretur: O mei domini, ait gallus, liceat mihi viuere liberalitate vestra, ego certè hominibus prosum, horas nuntio, ad labores excito, vicem sum horologium. Hanc ipsam ob caussam, aiunt illi, iugulandus es, cum tot excites quorum vigilantia nostros conatus impedit. Ita strictum accepit telum. Sic impudens lingua primo omnium ferit seipsam, & suo sibi iudicio accessit malum, ita & suo domino semper plurimum nocet. Nam,

Hic agat in præceps tradit, etiamse quoque
Impudentia d.

Ecquis est qui non suo se cultro quandoque lædat? Tanto magis admirandus Pambo septuaginta annorum senex, qui animam acturus; In hanc horam, aiebat, non pœnituit me villius sermonis, & sic ad Deum abeo, ut qui necdum pius & religiosus esse cœperim *e*. Optimè monens Siracides: Si est tibi intellectus, inquit, responde proximo; sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subuersio est ipsius *f*. Sed iam importunam quoque linguam discernamus esse:

a Prou. 17. v. 27. b Epict. Enchir. cap. 38. c Aug. in Psal. 38. post init. d Vet. Trochaic. e Pallad. l. 8. c. 10. f Eccli. cap. 5. v. 14. & 15.

§. III.

IMportuna lingua pœcori non dissimilis hac parte, quod & ipsa loquendi attributiones, locum, personas, tempus nimirum curet, Lingua Importuna custodiam curent indura sonoros glomerat gressus, nullas pulsat fores, sed velut omnes scilicet tabernam intruit. Ad eam dixit Salomon: Sermo opportunus est optimus *h*. Importuna autem velut immatura vua bellum mouet dentibus. Sæpe boni generosissimæ indolis acerbi sunt, quia solis defectu nondum maturi sunt. Sic lingua Importuna non tam est præcax, quam modo maturitas illi deest. Quemadmodum vero is importunissimus dicitur, qui à longo itinere fatigatum inuitat ad ambulandum: ita lingua hæc molestissima est, cum verbosa oratione narrare incipit quod omnes iam ante norunt, aut cum alieno tempore prolixum sermonem ingerit auribus adeo nauseantibus, ut illis etiam oculi connìueant, & in somnum fatiscant.

Antequam Spiritus Sanctus Apostolos linguis igneis docuisset loqui, habuerunt sanè Apostoli linguæ Importunæ non minimam partem. Nam in ultima Domini cœna contendebant *quis eorum videretur esse maior* & Importunissime protsus. Itane, ô viri, ideò litigij materiam hoc tempore, hoc loco, Domino vestro iam ad crucem trahendo? Importunæ hoc linguæ illustre specimen fuit.

Cum Elias vates quadrigis igneis in altum ascendisset, filij prophetarum ad Eliseum confluxerunt: Ecce, inquiunt, cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire & quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. Quibus ait Eliseus: Nolite mittere: Coegeruntque eum donec acquiesceret, & diceret: Mittite *k*. Ita missi sunt quinquaginta viri, qui Eliam triduo solliciti quæsierunt, sed Eliam nuspiam inuenerunt. Deinde ad Eliseum reuersi fuerunt, insanam quærendi operam à se sum-

piam

gitatis non inuenerunt ipsum quem quæsiuissent. Ad quos Eliseus: Numquid, ait, non dixi vobis: Nolite mittere?[e] Sciebam equidem frustra hoc futurum, sed quia importunissimè institistis, cedendum arbitrabar importunitati vestræ. En, quam belle & hæc Importunam linguam [illegible].

Importunitatem notaturi sacerdotes Ægypti, Muscam pingebant, cum enim ea sæpius & assiduè repellas, tamen importunitatis & impudentiæ est, vt identidem redire & infestare eundem minimè vereatur, nusquam non molesta, siue sis, siue sedeas, iaceas, ambules, siue legas, scribas, edas, bibas, dormias seu loquaris, seu taceas, adest illa centies expulsa, & iam faciem occupat, iam verticem oberrat, iam manus vrget, infesta semper & importuna, nulli rei nisi fastidio & se concitando nata. Hinc Tullius narrat fuisse qui importuni garrionis linguam cum frustra cruciaret, tandem puero dixisse: Abige muscas puer.[f] En Importunæ linguæ præclaram effigiem Muscam.

a *Circumstantibus vocans.*
b *Prou. c. 25. v. 25.*
c *Luc. c. 12. v. 13.*
d *4. Reg. c. 2. v. 16 & 18.*
e *Ibid. v. 18.*
f *Cic. l. 2. de Oratore.*

§. IV.

Similem muscam, hoc est, Importunæ lin-[a]guæ hominem expertus est vates Venusinus, qui rem facetè narrans: Ibam, inquit, more meo, via Sacra celeberrima, & nescio quas poeticas nugas versabam animo, eramque totus in illis, cum vnus aliquis nomine tantum mihi notus accurrit, & prehensa manu salutans: Quid agis, inquit, hominum suauissime? Ego, præclarè me valere, & ipsi omnia fausta cupere respondi, & quemdam ab illo quã primum abire cogitabam, ecquid numquid mihi mandaret exequendum? At homo importunus vna progredi, & simul plurima garrire exorsus: Vt scias, aiebat, mi Horati, etiam ego inter doctos numeror. Cui ego: Tanto, inquam, mihi charior eris & pretiosior. Sed simul anxiè circumspiciebam qua arte tam importunam linguam à me amouerem: ea de causa iam celerius incedebam, interdum subsistebam, iam in aurem puero aliquid immurmurabam. Cum nihilominus importunus ille talia diceret, sudare etiam cœpi, qui aperte [illegible]. Interim alter varia importunissimè garriebat, & iam vrbis ædificia, iam plateas laudabat. Ego ad cetera non nisi stomachoso silentio respondebam. Tandem alter suã importunitatem parum gratam esse animaduertens: Vt video, inquit, abire à me cupis, sed frustra es, non sino me tam cito à te auelli, quocunque ieris, sequor. Hic Horatius modeste: Quam tu, ait, viam insistis? Sané nil opus est te mecum fatigari: ego ad ægrum tibi, vt scio, non notum inuiso: domus hæc remotissima est, trans Tiberim sita prope hortos Cæsaris. At ne sic quidem importunus ille homo absterritus: Nihil, inquit, habeo quod agã, nec piger sum, libenter ambulo: assiduus te comitabor. Iam Horatius sibi visus est perditissimus. Mox alter seipsum impudentissime laudare, & celerrimum poetam, & scitissimum saltatorem, & suauissimum cantorem homo insulsissimus iactabat. Horatius sermonem interrumpendum censebat, quo celerius loquacissimus homo discessum reperiret. Sed nec hoc successit. Iam tres horas consumpserant, cum molestissimus ille assectator: Quæso te, inquit, hoc mecum concede, si me amas, & iuua expedire hanc litem, ad iudicium vocor, & voco. Horatius: Frustra, inquit, me rogas, nulla mihi iuris ciuilis notitia est: deinde ita fessus sum, vt pedibus consistere non valeam; & scis, iam pridem ad illas, quas dixi, ædes propero. Cui mox importunissimus comes: Ambigo, ait, quid mihi faciendum: num te, an causam meam relinquam? Me oro relinque, ait Horatius, vt sane tuam possis prosequi. Non faciã, ait alter, & cœpit præcedere Horatium ægre sequentem. Gerræ iterum & fabulæ, ac profluens sermo. Inter has moras importunæ linguæ, occurrit Aristius vtrique notus, consiliorum vna & [illegible]. Hic Horatius oculorum signis & nutibus rogare Aristium, vt se liberaret ab homine longè importunissimo. Sed Aristius homo salsus, & dissimulans se intelligere quid Horatius vellet, sermonem abrumpit, & subducit, & ita miserum sub cultro relinquit. Tandem importuni comitis aduersarius occurrit, quem ille mox inuadit; & in ius ambulare co-

recoegit. Ita demum Venusinus importunissimæ linguæ crepitaculo subtrahit aurem.[a] En nobilissimum paradigma tam garrulæ importunitatis.

Sunt qui sermones tenent non improbos, sed qui loco, personis, tempori tam nihil conueniunt, probare minimè possim. Quędam domi dicta sine culpa forent, in templo plerumq; offensam contrahunt. Ita quod fuerat sine vitio interrogare; ægrotos eam non opportunè quærit, vt illis morbo se monendos videatur. Quid tibi, obsecro, mi æger, cum quæstionibus tam importunis? quid ad te quæso, quid in Gallia, in Italia, in Hispania rerum agatur: quære ex potius quid in cęlo fiat, quis apud inferos sit status. Hæc ad te: cętera sanctè ignorabis.

Importuna igitur lingua tam reprehensibilis est, atque alia cum vitio coniuncta, in precibus tamen mirè commendatur. Importunitatem Deus in precando valdè probat: quo quis importunior, hoc & efficacius Deo preces adhibet. Violenti cælum rapiunt, importuni impetratum auferunt. Odit Deus lentos illos ac desides precatores, qui vt cancelli pedatim gradiuntur, sæpius subsistunt, orando sequuntur, nullam vim adferunt nec ad agendum, nec ad dicendum. Collaudauit Christus viduam quæ iniquum iudicem importunitate sola officium facere coegit, & ius obtinuit.[b] Deprædicauit & illum importunum hominem, qui tres panes vltro, & vsque & vsque, pulsando ac rogando impetrauit ab amico, quem importunis precibus lecto excussit.[c] Ardorem mentis & præclarum impetus à nobis Deus exigit: nemo vnquam Deum importunè rogauerit, si rogauerit submissè. Iacobum Isaaci filium Deus commendauit, qui tota nocte luctatus cum angelo, demum precationem suam importunè postulauit: Non dimittam te, inquit, nisi benedixeris mihi.[d] Sunamitidem Deus exaudiuit: quæ Elisæi pedes apprehendit, nec dimissura, dum filio mortuo vitam impetraret.[e] Chananæam Christus voti compotem dimisit, quæ importunis clamoribus filiæ valetudinem extorsit, non sine laude.[f] Idem amantissimus Dominus à duobus illis viatoribus Emaunta tendentibus, coactus passus est ad ingressum tabernæ ingressus est, & symbolum suum liberalissimè persoluit.[g] Angelus Christum in Oliueto suauiter languentem admonitum, ea firmauit oratione, quæ & nos discerimus, importuna lingua in precibus nemini vti, quin optatum à Deo responsum impetret. Sed aliud est cum Deo, aliud cum homine loqui. Importuna lingua, si cum hominibus loquaris, è re bona plerumque facit malam: si cum Deo, è re mala sæpissimè bonam. Tanti momenti est importunitas opportuna. Illud ergo potissimum linguæ importunæ discendum, quo loco, quo tempore, apud quos loquatur. Sequitur Lingua Irreuerens.

a *Hor. l. 1. Satyr. 9.*
b *Luc. c. 18. v. 1.*
c *Luc. c. 11. v. 8.*
d *Gen. c. 32. v. 26.*
e *4. Reg. c. 4. v. 27.*
f *Matth. c. 15. v. 28.*
g *Luc. c. 24. v. 31.*

§. V.

Lingua Irreuerens eo Derisorem superat, quod nō homines solum, sed Deum, Dei Matrem, diuos cælites, Christiana sacra facetijs audet contaminare. At vel leuissimus iocus in Deum aut diuina dicta magni piaculi loco habendus: Deum sanè nō intelligat, quod supra demonstratum est. Elisæum vatem quadraginta duo pueri irriserant vt caluum senem ludibrio habuerunt, sed quia ab idololatris parentibus sic educati erant & instituti, etiam vt Dei prophetam linguæ irreuerentia afficerent.[h] Vt ergo parentes in prole punirentur, vrsi duo è silua subito prorumpentes quadraginta duos pueros miserè discerpserunt. Imago hæc fuit Christi in rupe Golgothæ irrisi. Quanta linguarū irreuerentia Hebræus furor patientissimum Seruatorem affecit in cruce! Et licet Iudæi Christū in crucem non egerint manu, certè tamen linguis crucifixerunt. Non fuit hoc illis impune. Elapsis 42. annis à Christi morte, viri duo valentissimi, ex idololatriæ nemore progressi, Vespasianus & Titus, Imperatores Romani, Hebræam gentem fœdè lacerarunt ita membratim. Prædixerat Christus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me, ego non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet.[i] Quis-

ult

tis & insolabile, quamuis dilato in annum quadragesimum secundum supplicio.

Hoc caueat hominum insignem conciliat famam, si de numine non reuerenter & honorifice loquatur, praesertim si magistratum, praesidentium sacros quàm politicos singulari obseruantia colat. Nam qui nulli mortalium parcit, sed modo hos modo illos linguae petulantia flagellat, aduersus nullum reuerentiam adhibet, profectò nec superis parcet in Deum, Deique matrem, ceterosque caelites iniquus & irreuerens. Irreuerentia linguae cognata est blasphemia. Hac propter videtur spectare lingua illius iuuenis, de quo supra demonstratum est, qui cum socio ad graues verborum contumelias descendit, denique à verbis ad manus & ad ferrum vterque venit. Dū congrediuntur & gladijs pectus agunt, iuuenis ille irreuerentem profert & impiam vocem in Dei Matrem euisse. Illico vox à caelo recepta est. Nam dum ois aperto fuit, antagonista in paruulas etiamnum fauces ferrum ingerit ea vi intorsit, vt penitus concideret. Hic habet. Hoc linguae ac gutturi debebatur vulnus, vt vnde peccatum prodijsset, illuc iret supplicium.

Clamat poeta vetus: *Fortunam reuerenter habe.* Ego magis clamandum censeo: De Deo & diuinis reuerenter loquere, neque sacrarum paginarum verba facetijs misce. Caelestis sunt aures Numinis antequam loquaris, audiunt. Discamus itaque Prudenter, Opportunè Reuerenter loqui.

Frons aperta, lingua parca, clausa mens, regnum tenent. c

Irreuerentis linguae saepe sunt iuuenes, qui aetatis aut dignitatis aliorum nulla ratione habita vicies loquuntur, antequam vel interrogentur. Needum enim illud Siracidae didicerunt; Priusquam audias ne respondeas verbum. d Grande vitium est, sermonem alterius praesertim re dignioris, interpellare. Lex est in religiosis familijs, vt ille quem Maiorum quis alloquitur, eum liberaliter ac sine interpellatione audiat. Lex haec in omni bene morata domo vigeat. Facillimè hic in reuerentiam peccatur, quandocumque alterius sermo temere interpellatur. Optimè fecerit, qui monetur aut reprehenditur, si orationem finiri sinat, nec statim ab extrema parte verbi conjungat, sed lente ac modestè omni reprehensionis occasione finita dicat: *Domine ignosce, non repetam hanc culpam.* Aut: *Lubenter a malo persisto.* Hic alteri iam magnā partem vulnus est. Quod si verbum verbo reddatur, & reprehensoris sermo turpiter interrumpatur, nunquam coalescet amor, sed nec debita reuerentia obseruabitur. Nam qui alium sermone interpellaturus est, aut rusticus, aut superbus, aut impotens sui est. Interpellatio defectum reuerentiae semper arguit. Non enim permittit explicari sermonem, siue admonitio sit, siue obiurgatio, siue praeceptio. Quae mores Salomon grauiter perstringens: Qui, ait, prius respondet, quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. e Idem & Siracides monet: In medio sermonum ne adijcias loqui. f

Huic Irreuerenti Linguae affinis est, quàm rectè Audacem nominemus aut Imprudentem, haec enim petendo nonnunquam est audacissima. Herodiadis filia, illa saltatrix puella nimis ad audendum procacis & impudens, pro tripudio quod Herodi & conuiuis exhibuit, bellaria nimirum pretiosa postulauit, caput Ioannis Baptistae. Herodes rei pollicitus fuerat non negandum promissum, licet dimidium regni peteretur. At illa impudens lingua ad petitū quod pretio sui vel centum regna longissimè superaret.

Sed nec Apostoli ab audacia hac linguā penitus immunes. Duo Zebedaei filij ad procedendum satis animosi, per matrem, quam subornauerant, consessum in Christi regno principem petunt, ita quidem vt alteri dextra, laeua alteri Christum regem assidere liceat. Itane, ô boni fratres sine sudore, sine sanguine cōscendendum solium? Certandum prius & luctandum cum hoste vobis. Petitio vestra non mala, sed audax. Qui timidum rogat, hoc saepe agit vt nihil impetret. Qui iam audacter petit, docet alterum audacter negare.

a 4. *Reg.* 2. *circa finem.*
b *Ioan.* c. 8. v. 49. & 50.
c *Manass. Threchale.*
d *Eccl.* c. 11. v. 8.
e *Prou.* c. 18. v. 13.
f *Eccli.* c. 11. v. 8.

CAPVT XXVI.

Lingua male imprecantis, seu, maledica damna ingentia, maxime proponuntur.

NArrat Cælius Rhodiginus, Abdalam Saracenum interrogatum, quid in hoc Orbe velut in theatro spectatu dignissimum, & mirissimum videretur, respondisse: Videri hominem. Caput in homine velut arx vestita, cuius structura longe artificiosissima est. Illud autem non nemo cum indignatione quæsierit: Cur Natura in rebus omnibus solertissima, humani capitis sentinam, Nasum, in medio vultu collocarit? magna hæc iniuria videtur in imaginem tam absolutam. Et fuit ea blasphemi hominis qui ausus scribere: Deus cloacam capitis media facie collocavit: si ego vel architectus fuissem, vel architecto à consiliis, unum duntaxat oculum fronti inseruissem, unam autem dextro lateri, sinistro autem collocassem nasum. Igitur nasus cerebri, os animi sentina est, nam sicut ille sordes à cerebro, ita hoc ab animo purgamenta recipit. Nullum fimetum, nec mephitis ulla tam gravem odorem spirat, atque os illorum. Optime Cælius: Fateor sermo, inquit, perniciæ mentis iudicium. Et nihil est quod foetidius dicas, & felle macerata vox non concutiat, dum isto sordium conspurcet omnia. Os velut cordis epistomium est, quicquid enim impuri in corde latitat, per os egeritur. Inter sordidas has pectoris egestiones, etiam IMPRECATIO est, seu maledictum. Lingua male imprecans, seu, Malefica, gravissimum Orbis malum. Præclare dixit Tullius: Nihil est tam volucre quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur. *a* Priscorum hic improba fuit superstitio, de qua Plinius: Nihil, inquit, ocimo fœcundius, cum maledictis ac probris serendum, ut lætius proveniat. *b* Contra qui rapam, raphanum, cæpam religiosi agricolæ serunt, antiqua consuetudine precantur, ut sibi feliciter nascatur, & vicinis. Plinio testi accedit Plutarchus de simili herba: Cuminum, inquit, imprecationibus satum lætius provenit, sicut opium conculcatum. *c* O mi Deus quantum ocimi & cumini seritur inter Christianos, & quam late ac copiose crescit utraque herba, quantum ubique imprecationum & maledictionum! De hac igitur Lingua *imprecante*, seu malefica differemus, quas quantumcumque ea malorum sit parens, explicabimus.

a *Cic. pro Plancio.*
b *Plin. l. 19. nat. hist. c. 7. med.*
c *Plutarcho in sympos.*

§. I.

MAle alteri precari, eumque diris devovere tam grande malum est, ut de illo sanctus Thomas Aquinas hæc pronunciarit: Dicendum, inquit, quod maledictio est, per quam pronunciatur malum contra aliquem, vel imperando, vel optando. Velle autem vel imperare nocere ad malum alterius, secundum se repugnat charitati qua diligimus proximum, volentes bonum ipsius: & ita secundum suum genus est peccatum mortale, & tanto gravius, quanto personam, cui maledicimus, magis amare & revereri tenemur. *a* Severissime olim Deus edixit: Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. *b* Hoc tamen imprecationis delictum minuitur, cum quis alteri non grande malum imprecatur, aut non adeo maligno affectu, vel etiam ioco; aut certe dum seipsum, qui loquitur, non obstringat. Alias execratio damna dat ingentia.

Primum est, Iactura cæli & privatio æternæ vitæ. Divinus Paulus id pronuncians: Neque avari, ait, neque ebriosi, neque *maledici*, neque rapaces regnum Dei possidebunt. *c* Ea de caussa vult hic Apostolus omne cum his talibus commercium esse fugiendum: Nunc autem scripsi vobis, inquit, si is qui frater nominatur est fornicator aut avarus, aut idolis serviens, aut *maledicus*, aut ebriosus, cum eiusmodi nec cibum sumere. *d* Hoc ergo primum Imprecantis, seu, maledicæ linguæ detrimentum tantum, ut maius nec esse nec fingi possit: Omnia perdidit, qui cælum amisit. Alterum, Infausta precatio plerumque in auctorem suum recidit. Deus Abrahamo pollicitus: Maledicam, inquit, maledicentibus tibi. *e* Salomon autem: Sicut avis, inquit, ad alta transvolans, & passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prola-

postulatum, in quempiam supervomere f. Qui ma-
lè alteri precatur, è fenestris velut coenum e-
mittit, qui sedis & caput insidet, illaq; ro-
stro effodit. Sed alterius Salomonis vocem,
frustra prolatam. Deus enim maledixit tam
serpenti quam terrae: Noëmus maledixit Cha-
mo filio; maledixit David montibus Gelboë,
Iobus diei quo natus est, Christus ficui, Pe-
trus verò Simoni: maledictiones erant,
sed non frustra prolatae neque iustitiae divinae
adversabantur. Nos vero longe aliter maledi-
cimus, & in iustitiam divinam gravissime de-
linquimus, illos siquidem diris omnibus &
Orco devovemus, in quos nihil nobis est iuris,
sed neque scire de iis possumus, num divino
favore penitus destituti sint, in quorum caput
iram Dei detestamur. Hac ratione nos ipsos
saepissime diris imprecationibus defigimus.

Vir primarius fuit, & illustris familiae, cu-
ius nomini parcimus. Hic impense assueve-
rat seipsum quotidianis iisque pessimis devo-
tionibus execrari. Sicut enim innumeros repe-
rias qui seipsos sic devovent: Si mentiar,
Deus hoc vindicet, Deus me caelo excludat.
Aut: Cacodaemon me auferat; Hic bolus me
enecet, Non egrediar hinc vivus &c. Catalo-
gum hic pessimarum detestationum nunquam
texero: Is, inquam, quem dixi, dominus in coena-
culo Esfordii, aliud summe solenne ac quotidia-
num saepius protulit: Si hoc fecero, mergar
latrina. Vox omen habuit, nam collapsa parte
domus, hunc ipsum in cloacam deiecit: rem
fusius narrat Episcopus Vulturariensis g.

Nec inter idololatras hae imprecationes
impunitatem & licentiam habuerunt. Appij
caeci, maximi viri filia à ludis domum rediens,
cum autem inter stipatissimam plebem vehe-
menter esset compressa, illa populo pessime pre-
cata, utinam, inquit, reviviscat frater meus Clau-
dius, & aliquot millia civium plebis submer-
gat mari. Ab Censoribus C. Fundanio, & T.
Sempronio delata est haec imprecatio, qui
mulctam irrogarunt, viginti quinque millia
aeris, sive ducentos quinquaginta coronatos.
Haec fecerunt idololatrae: et quid Christiani?
sunt vulgatissimum hoc imprecandi vitium,
alicubi penitus non puniunt, & alibi avitatis
nimis & leniter.

Tertium imprecantium malum est, quod &
praecepto & exemplo Christi gravissime repu-
gnat. Lex Christi est, quam Petrus Apostolus
declarat his verbis: Non reddentes malum pro
malo, nec maledictum pro maledicto, sed è
contra benedicentes, quia in hoc vocati estis,
ut benedictionem haereditate possideatis h. Da-
te Matthaei dicit Servator: Benefacite iis qui ma-
ledixerint vobis i: non vos illis, sed prout
vates regius monet: Maledicent illi, & tu be-
nedices k. Hoc Domini praeceptum est; ex-
emplum vero istud, de quo dicit Petrus: Qui
cum malediceretur, inquit, non maledicebat l.
Ad hoc longè illustrissimum exemplum se
conformans Paulus: Maledicimur, inquit, &
benedicimus m. Sunt qui precentur: Utinam te
gehenna hauriat. Qui verus Christianus est,
precatur: Utinam te caelum rapiat. Ille memorat:
Utinam mors subita te sternat. Sed nec iste a-
liter quam prius: Utinam mille annis superstes
sis. Itane, dixerit aliquis, si quis mihi philip-
peum det plumbeum, ego illi reddam aureum?
Ita prorsus, ut Christianae; ita oportet: haec
Christi lex est.

a S. Thom. 2. 2. q. 76. art. 3.
b Levit. c. 20. v. 9.
c 1. Cor. c. 5. v. 13.
d Ibidem. e Gen. c. 12. v. 3.
f Prov. c. 26. v. 5.
g Simon Maiolus tom. 2. Canic. colloq. 2.
h 1. Pet. c. 3. v. 9.
i Matth. c. 5. v. 11.
k Psal. 108. v. 28.
l 1. Pet. c. 2. v. 23.
m 1. Cor. c. 4. v. 12.

§. II.

ANno millesimo quingentesimo vigesimo
septimo sanctus Ignatius Loiola egenus &
abiectus cogebat stipem. Videt Ignatium iuve-
nis apprime nobilis & copiosus, qui insuavi le-
vitate ferociens, & mendicum tam ridicu-
lum habens irridens: Ardeam ego, inquit, &
flammis consumar, nisi hic & flammis & ro-
gum sit meritus. Illi Ignatius miraculo vul-
tu: Cave, inquit, ne hoc ipsum, quod im-
precaris mihi, eveniat tibi. Vaticinium fuit
haec vox, non monitum. Nam eodem ipso die
de Philippo Secundo nuntius affertur, Regem
esse renuntiatum. Excitant ea nuntia ci-
vium animos, ut festo apparatu pro se quis-
que gaudia testarentur. Inter quos etiam iuve-
nis ille

nis ille applaudere cupidus, properat eò do-
mus tectum cõscēdere. Illic imprecandum statimq;
fenestellam excutit, hæc ad vicinam domum pal-
uerit custodiam perlata, ut inspectantium incen-
dium curasse, omniumque statim flammis
comprehensum miserandè peremit a. Ita ma-
ledictum in auctoris caput revolvitur: conti-
nuisset ille linguam, seruasset vitam.

Imprecari & maledicere tam foede veti-
tum est, ut nec ipsi quidem diabolo maledi-
cendum. Aperte Siracides: Dum, ait, maledi-
cit impius diabolum, maledicit ipse animam
suam b. Cum enim maledictum in multis imi-
tetur diabolum, quando hunc vere merito pu-
nit aie, damnat & animam suam quæ imita-
tur damnatum. Hoc sensu Paulus Apostolus
locutus: Inexcusabilis, inquit, es ô homo, om-
nis qui iudicas, in quo enim iudicas alium,
teipsum condemnas, eadem enim agis quę iu-
dicas c. Sed & Thaddæus Apostolus maximam
his lucem prælucens: Cum Michael Archan-
gelus, inquit, cum diabolo disputans altercā-
retur de Moysi corpore, non est ausus iudiciū
inferre blasphemię, sed dixit, Imperet tibi Do-
minus d. Si Angelorum principi non licuit
nec diabolo quidem ut mitis maledicere, quan-
to minus licebit alterum alteri dicas impreca-
ri. Ideo namque Deus æquissimè non rarò
permisit, ut diaboli, pessimi inquilini, cor-
porum hominum velut tabernam occuparent,
quando toties alteri alterum diabolo donaue-
runt, & velut eum mancipi tradiderunt.

In provincia Polonica anno à partu Vir-
ginis millesimo quingentesimo octogesimo
quinto, ... quidam in oppido Podlachiæ
cum die Veneris carnibus licenter vescerentur,
nec ab hospitibus monitus resipisceret, hospi-
ta, ut est feminarum ad imprecationes, prom-
pta, ad hospitem versa: Vtinam,
inquit, & diabolum vores. Habuit sobrium e-
uentum malefica lingua. Nam carnium vo-
rator protinus à malo genio captus est infe-
stari & torqueri. Cumque adducere eum dela-
tus esset, adhibitaque de more sollemnes
Ecclesiæ preces, sævus pessimus hospes in
sacerdotem, fortè in circumstantes, homines
ipsum immaniter exercere cœpit, donec in-
trepidis fortibus hominum precibus exces-
serit. Quid opus, ô maledici, hunc hospitem
vocare? Vsuo venit. Parui ipsos etiam infan-
tes, torquet, malefica lingua prouocatus.

Puella quinquennis, sed palam memorabili iam
erudita, sed servorum more cavillorum, tor-
bere cœpit. Pater irascendus filiolam, ferit
manu filiam tenens: Diabole, inquit, ut vna
comedas diabolum. Vix verbum euolat oré,
& diabolus misellam iam occupauit, nec de-
seruit hanc domum, donec infelix virgo, ad-
ulta iam ætate, Brisaco Romam ducta, ad di-
ui Petri, ab inquilino pessimo liberata est.
Hoc autem à mendacij patre testimonium tu-
lit, quidem vociferabatur diabolus: Me hinc
digressio, alia post hanc vitam supplicia non
sentiet f. En, diuinam infinitam benignitate
temperatam. Nihilominus caro stetit filiæ
malefica paternis lingua.

Beatus Gregorius verè Magnus, suo hæc
calculo confirmans: Sacerdos, inquit, cui
Stephanus nomen, emendatę vir vitæ, ab iti-
nere fessus domum rediit, & suo more obse-
cranti famulo dixit: Veni diabole, excalcea me.
Vix hoc verbi excidit increpanti, & mox cœpi-
gia calceorum solui, & calces destringi cœpe-
runt, idq; tanta celeritate, ut dubium non es-
set quin is obedisset, qui ad hoc officij voca-
tus esset. Cohorruit sacerdos, & vociferari cœ-
pit: Recede misere, recede; cum lecto meo,
non tecum locutus sum. Cessit ad has voces
venerator ex Orco g. Facilè hinc coniectare est,
quam noster hic hostis celeres & aures, & ma-
nus, & pedes habeat; qui & auribus, & ma-
nibus, & pedibus caret: tamquam etiam meo
vtcumque promptissimè, ut Plautinus ille
parasitus, quid faciet voratum?

Nostra prudens femina vico nupsit Ana-
baptistæ, cuius tamen religionem ipsa odera-
ideò ægrè tulit ædes suas à pluribus eiusdem
sectæ hominibus frequentari. Itaque gratiam
excandescens: Si quidem, inquit, hæc domus
diabolis habitanda est, habeant illam. Dixit,
& ab eo tempore momento larvatæ & infe-
stantes domum, ac si solis illis incolenda esset
tradita. Digressi verbis & infestos spiritus
ædium illarum iam dominos esse, velut ô pro-
clamatum esset: Veteres migrare coloni. h
Tanti est vel dictum vacuum imprecantis ac
maledicæ linguæ.

a Ribadin. l. 5. vita c. 11.
b Eccli. c. 21. v. 30.
c Rom. c. 2. v. 1.

d Iudæ Canon. epist. v. 9.
e Antho. Dauroult. Catech. histor. c. 4. tit. 10. exempl. 10.
f Cæsarius Heisterbach. l. 5. mirac. c. 16.
g Greg. l. 3. dial. c. 20.
h Dauroult. c. 5. Cat. hist. 203. Ex. 7.

§. III.

PRofecto non tantum non hominum velli, sed nulli etiam rei creatæ maledicendum. Quâ de re Diuus Thomas Aquinas his verbis disserit: Dicendum, inquit, quod maledictio creaturæ, in quantum creatura est, redundat in Deum, & sic per accidens habet rationem blasphemiæ a.

Anno secundum Virginis partum millesimo quingentesimo nonagesimo nono Antuerpiæ degebat adolescens nobilis, non virtute, sed prosapia. Huic cum arcto calceos induebat, cumque alter angustior, pedi ægre induci posset, diabolo eum donauit. Nec recusauit hoc donum stygius princeps. Mox enim satellitem misit, qui sua doni vsurparet. nam fulmen in pedem ruit, rupitque medium calceum, dimidiatus hic calceus ita fulmine ruptus Carpentoracum deinde ad argumentum perlatus est, quem vt vidit malo genio infelicior: *Vnum habet, inquit, mox erit & alter calceus à Diabolo*. Discite frenare linguam: neque enim accersendi sunt Alastores, iam nunc adsunt in omnem nocendi occasionem intentissimi. Vel minimum quid diabolo assignare, imprudentissimum est: si fenestram impetret, non otiabitur dum & aqua patiatur; si calceum habet, insidiabitur pedi, si hunc obtinuerit, & homini. Maledici regnum Dei non possidebunt.

Affirmat Cæsarius ab eius se ore excepisse, cui hoc ipsum contigisset, quod in hunc modum percensit. Theodoricus Susatiensis ciuis iuuenis, Lubecum contendit ad virginem quam deperibat. Sed illam iam præuenerat, atque sibi alios amores excluserat. Theodoricus indignari ac fremere, & quod potissimum erat tam infaune, cacodæmonis operam inclamare his ipsis vocibus: Diabolus qui me huc adduxit, hinc etiam potest reducere. Et libenter quidem id faciet, mi homo. Exitiarum ductor quam primum adfuit. Iuuenem in aëra euexit, & vltra ciuitatem abreptum, ad aquas non placida manu deposuit, dixitque trepidanti: Perijsses, nisi te si-

gnasses. Siquidem in ipso raptu signum crucis imperfectum expresserat. Dimissus ab hoc nigro ductore, & lapsu non mediocri afflictus, homini iacebat exsanguis, & sanguinem vomebat. Vbi ad se rediit, manibus pedibusque ad amnem porrexit, lotaque facie pauxillum aquæ bibit, inde gressu ægerrimo ad hospitium denique peruenit. Ingressus ædes, vt lumen aspexit, linqui animo cœpit. Vocatur sacerdos, diui Ioannis Euangelium aliasque preces recitauit, ægro aduersus diabolum firmando. Paulatim vires & valetudo rediere, sed tamen totum corpore sic tremuit, vt poculum manus, nisi super dum biberet, tenere nequiuerit. Hoc Theodorico sanctiorem cogitationem ingessit, eoque compulit, vt dictis omnibus valere iussis, in leges Cisterciensium monachorum iuraret f. Sapuit suo damno Theodoricus: Maledici regnum Dei non possidebunt, Ephrem prædicat: Verè beatus, inquit, terque quaterque beatus ille est, qui à deterrimo hoc maledicendi genere se integrum custodit, quoniam Spiritus sanctus habitabit in eo; homo maledicus vtroque & odij & susurrationis morbo laborat g. Maledictus gladijs & pugionibus non pugnat, sed animo ac lingua sic vulnerat, imò & necat, vt eam non immerito dixeris homicidam, qui primo aggressu iugulet. Audi singulariores voces: Dij te Deæque perdant, Iuppiter te perdat: Dij te infelicitent, Dij te enecent. Ita prisci; nos non cedimus imprecando. Mors te rapiat (clamamus) Pestilentia te consumat, Fulmen te sternat, diabolus te auferat, gehenna te glutiat: Mille cruces, mille rotæ te frangant, Corui te lacerent, exoculent, conficiant: Abi ad inferna vbi habeas. Hæc homicidæ illius sunt iacula, hæ machæræ. Ideo Paulus maledicos iniquissimis hominibus adnumerat, ideo cæli ostium his obseratum pronunciat: Maledici regnum Dei non possidebunt. Nam sicut in cruce latro, inquit Ephrem, per vnicum confessionis verbum, factus est ciuis paradisi, sic maledicus per vnicam imprecationis vocem Sathanæ præcipitatur, fitque incola inferni. Confirmans psaltes regius: Dilexit maledictionem, ait, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Quandoquidem ipse alios, etiam ipsum alij, imo

Deus ipse abominabitur. Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrabit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius f. Vestis corpus amicit tegitque; aqua per os immissa stomachum & viscera occupat, oleum quia subtilissimum, non carnem solum, venas & nervos, sed ipsa quoque ossa penetrat: sic maledictio corpus, animum, sensus omnes, voluntatem ac intelligentiam occupabit. Dilexit maledictionem, & veniet ei.

At vero anima quae benedicit, impinguabitur g. Hinc necessaria conficitur consecutio: Anima quae maledicit, depauperabitur. Propter hoc qui loquitur iniqua nō potest latere: *Nec praeteriet illum corripiens iudicium* h. Foedum, horribile, abominandum est vitium, maledica Imprecatio, quae aliam voluptatem non spectat quam suam nequitiam. Idcirco Deus hoc flagitium tantopere punit. Maledici regnum Dei non possidebunt.

a S. Tho. 2.2.q.76.art.4.ad prim.
b *Annal. Societat. Anno* 1559. *pag.* 150.
c *Caesar l.* 3 *mirac. c.*27.
d *Ephrem* 3. *tom. l. de virt. & vit.*
e *Psal.* 108. *v.* 17.
f *Psal.* 108. *v.* 18.
g *Prov. c.* 11. *v.* 25.
h *Sapient. c.* 1. *v.* 8.

CAPUT XXVII.

Linguae Imprecantis, seu Maledicae damna recensentur, & rerum gestarum monumentis consignantur.

ORta est quaestio in convivio, non abhorrens a mensa rebusque ciborum: Quae sordes secundum illas paroemiae, inquinare possint & corpus & animum inquinent. Varia super hoc responsa. Dominum erat: Si quid nigrae pulvis, insit quod in niveum collare, aut sericum thoracem, aut candidam mappam incidat maiorem sparsit maculam, iam ea quae corporis sunt, maculavit: sed quia non raro tantopere indignamur huic maculae, ut aequioribus fere oculis spectaremus bovem in foveam lapsam, quam vestem minimo naevo collutulatam, Imprecans & Maledica lingua omnium prima se prodit, & sordes illas enumerat. Nam ut, aiunt, Mundi tolerare malunt alapam in facie, quam maculam in veste. Hinc execrationes & saevissima maledicta: quandoque in coquum aut famulum stomachamur. Haec autem valde maculant animum. Hac igitur ratione linguae pulveribus, & corpus & animum inficiunt. Placuit talis responsio.

Explicationem paroemiae confirmans Iacobus Apostolus: Lingua, inquit, constituitur in membris nostris, quae maculat totum corpus a. Lingua Maledica & Imprecans tantum & sordium & toxici habet, ut hominem, quantus quantus est, inficiat & veneret. neque enim mentem solummodo noxa obstringit, sed ipsum saepe corpus perfundit, & Satanae habitandum obiicit, ut priore dissertatione coepimus dicere. Iam hoc ipsum compluribus testimoniis, clarissimisque rerum gestarum monumentis consignabimus.

a *Iac. c.* 3. *v.* 6.

§. I.

PRisci aevi Antistitem Plutarchus ampliter dilaudat, quod in eā mentem adduci non potuisset, ut male precaretur. Cum enim Alcibiades nigro calculo damnatus esset, iussi sunt utriusque sexus sacerdotes absentem execrari. Una noluit, sed & sui consilij rationem reddens: Precibus, inquit, non imprecationibus constituta sum sacerdos a. Simile quid sacra nostra nos docent. Laudatissimus ob hoc Balaam (modo diu talis perstitisset) quod maledicere noluerit Israeli. Quomodo maledicam, inquit, cui non maledixit Dominus? qua ratione detester, quem Dominus non detestatur b. In hunc modum maledicentis homo interrogandus foret: Scisne maledicere, quod huic homini Deus maledixerit? cur ergo tu audacissime, omnia illi diras, omnes ea Graeco diabolos imprecaris? Itane mores Christianos sapiunt? Ad alia nos Paulus erudivit: Benedicite, inquit, persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere c.

Cum Sergius Paulus Proconsul Romanus, vir gravis & prudens, Christiana sacra a Tarsensi Paulo & Barnaba doceri cuperet, restitit Elymas magus, Proconsulem a Christo avertere conatus. At Paulus, Apostolus efferuescens divino spiritu, & in os homini resistens:

O plene

O plene omni dolo & fallacia, inquit, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ non desinis subuertere vias Domini rectas? Et nunc ecce Manus Domini super te, & eris cæcus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manum daret. Tunc Proconsul cum vidisset factũ, credidit, admirãs super doctrina Domini *d*. Qua ratione igitur, dixerit quis, obseruauit Paulus illud suũ: *Benedicite, & nolite maledicere?* Vt scias, Elymæ mago nõ tam Paulus, quã Deus ore Pauli maledixit. Et admirandum, vocibus tantum ponderis inesse, vt non verbis solum, sed & factis videantur adscribendæ alæ ac volatus: dictum factum.

Rem Orbi notam testatamque memorans Hipponensis Pontifex Augustinus: Notum est, inquit, quod apud nos factum tam clarum atque illustre miraculum, vt nullum arbitrer esse Hipponensium, qui hoc non vel viderit, vel didicerit: nullum qui obliuisci vllã ratione potuerit *e*. Profectò vel hinc satis liqueat quantum sit Imprecationis malum. In vrbe Cæsarea Cappadociæ vidua non ignobilis, decem liberorum mater degebat. Liberi, quorum septem fratres, sorores tres, ætatis vtcunque iam adultæ, patre defuncto, matrem grauiter offenderant, Illa iniuriam à liberis illatam acerbissimè ferens, omnibus imprecata est hoc morbi: Vt vos iactet febris querquera. Momentũ ingens habuere maternæ voces, mox enim tam fratres quam sorores, horribili membrorum tremore concuti cœperunt, adeo vt nec somnus quidem fœdam hanc trepidationem sopiret. Miseri, quia suorum ciuium oculos ferre non poterant, quaquauersum ab vrbe profugerunt, totum penè Orbem Romanum peruagati. Ex his Hipponem etiam delati sunt Paulus & Palladia, frater & soror, fama tot locis præuolante iam noti. Hic cum ædem beati Stephani martyris quotidie frequentarent, omnium ciuium ora oculosque in se rapuerunt, dum alter alteri calamitatis caussam & originem aperuit. Demum ambo tam frater quàm soror, in eiusdem Martyris templo valetudinem integram receperunt, miro totius vrbis applausu, & gratulatione *f*. Hoc tantum malum decem liberis [illegible] ab vnica matris imprecatione. Ergo, *Benedicite, & nolite maledicere.*

Atque huic non absimile, quod Ioannes Aretinus commemorat *g*. Mater duos filios indulgentius æquo educarat. At sensit demum blanditiarum suarum non mollem exitum. Et quia mater filios verberibus corrigendos verbis mulcebat, filij matrem verberare sunt ausi. Illa iniuriæ impatiens, & impotens linguæ, imprecata est: Vt vos agitet diabolus. Rata imprecatio. mox enim filij à malo dæmone obsessi, seipsos nouis morsibus lacerarunt. ea de caussa tanquam rabidi canes catenis sunt vincti. Mater quantumuis Christianæ disciplinæ ignara, malo tamen mota ad beatum Zenobium confugit, qui feminæ misertus, in æde Seruatoris horis duabus ante crucifixi effigiem precatus, crucis signo dæmones fugauit. Filij ab hospite tam diro iam liberi, vna cum matre lustralibus aquis tincti sunt. Ergo, *Benedicite, & nolite maledicere.*

a *Plutarch. in Alcibiade.*
b *Num. c. 23. v. 8.*
c *Rom. c. 12. v. 14.*
d *Act. c. 14. v. 10. 11. & 12.*
e *Aug. tom. 5. l. 22. de ciuit. Dei c. 8. prope finem.*
f *Vide ipsum Augustinum hæc fusius narrantem dicto loco.*
g *Apud Surium tom. 3. in vita Zenobij episc. Florentini.*

§. II.

LOcupletissimis illis testibus Gregorium Magnum virum sanctissimũ iure merito accenseo, qui hoc memoriæ prodidit. Florentius in Nursiæ prouinciæ partibus, ea vitæ sanctimoniâ præcelluit, vt vrsum velut seruum ad quæuis ministeria sibi haberet obsequentem. Non valuit effugere inuidiam hæc morum sanctitas. E vicino cœnobio quatuor monachi mitissimam feram aggressi occiderunt. Florentius re cognita non tam vrsi cædem, quam malitiam monachorum lugebat. Eutychius illorum magister, Florentij luctum mitigare tentabat, sed inani opera. Nam Florentij dolor ab his eloquijs auctior, tandem exsecrationis vocem expressit: Spero, inquit Florentius, hanc tantam petulantiam supplicio secuturo vindicandam breui. Quis enim hic furor, animal cicur, & nemini noxium occidere? Deus ab illis pœnas capetat. dictũ factũ. Vindicta vocem illico secuta est, &

quamvis illi comeditæ leprâ penitus tabescere cœperunt. Florentias vocis suæ vitia reparare nescientes; dolent reperisse Deum tam fugientem, & amisisse [illegible] vocibus. Ita maledictum quod semel protulit, omni vitâ defleuit, homicidam se clamitans remorsu crudelem. Addit Gregorius, hoc in eum finem permitti à Deo, ut tam præcipites maledictionis spiritum castigemus a. Exaudit nos Deus, sed ad nostram perniciem. Quapropter ô maledicæ linguæ, vestram hanc celeritatem pessimâ corrigite: Benedicite & nolite maledicere.

Zenobius miraculum in mentem mihi est, cuius res gestæ testantur, adolescentem in parentum domo febrisse, sed adeo pertinaci & inexpugnabili exhaustum, ut adolescentis mater nocte una quadragies lecto surgere coacta sit, ut filio potum propinaret. Femina ob sitim tam importunam demum impatiens & irata, cum calicem porrigeret: Ve tibi, ait, diabolus hunc haustum benedicat: quoties mihi surgendum? Filius iam ante febricitans, ad matris vocem, à cacodæmone quoque corripi cœpit (hæc enim diaboli benedictio est) usque furiis agitari, ut adolescens cetera imbecillis & morbo fractus, nullis iam vinculis coerceri, sed nec ab infestante diabolo liberari potuerit, donec ad sancti Zenobij sepulchrum delatus, sospitatem recepit. Ergo, Benedicite & nolite maledicere.

a Greg. l. 3. dial. c. 15.

§. III.

HÆc ideo, Lector, vberius differimus, ut maledicas linguas obturemus nobis resistere. Scimus validam quercum non uno ictu deijci, nec os maledicum ab uno teste satis oppilari; cautius est addocendum, ut discat abstinere maledictis. Illud autem hoc vitium nimis quam detestabile reddiderit, quod dum Imprecatio in auctorem recurrat, & plerumque grauius vulnus infligit suo domino. Corpus indecentius prætereunte animam ferit. Siracides hoc attestatur: Qui in altum, inquit, mittit lapidem, super caput eius cadet a. Neque vero Deus Abrahamo tantum, sed & Isaaco Iacob filio dixit: Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. Sed dicta testimonijs amplioribus firmamus.

E diui Dominici familia Theologiæ doctor, rem sibi compertissimam narrans: Cum, inquit, Coloniæ agerem in Theologia, virgo quindecim annorum in ædibus cognatæ scyphum fictilem fregit. Cognata [illegible] esse, & grauiter exclamare. Hoc ipsum indignata est virgo, atque tam [illegible] vasculi mortem [illegible] deplorans; idcirco mensam accedere recusabat. Cognata Magistro imperio: Accede, ait, & comede [illegible]. Illa virgo secum ipsa: Si comedendum, aiebat, comedam in nomine diaboli. Vix sumsit cibum, & [illegible] sensit illa ipsam, & cum ea ipsissimam [illegible] advocârat, diabolum. Diu vexabatur misera ab hoc inquilino, compos tamen rationis semper permansit. Tentata varie, sed [illegible]. Dominicæ eadem diui Dominici familia, vir religiosus, Godefridus Schlüssel, Theologiæ doctor infestum [illegible] precationibus eiecit b. Quid opus, ô improuidi mortales, irritare diabolum? Vitio vitate. Sed Colonia Moguntiam abimus.

In ditione Moguntina Ecclesiastes pro suggestu in calceos [illegible] (qui illum [illegible] accendebant) acerrimè invectus est, diaboli commentum esse asserens, tam prodigiosam calceandi rationem. Concioni sutor intererat, qui commodius [illegible], objurgationem hanc ægerrimè tulit, & Quid calcei ad hunc [illegible] ait, Vt illius verticem morbus [illegible] inuadat. Sic indignabundus excessit templo. O miser, misisti lapidem in altum, sed in caput tuum recidet. Dum ergo hic suam domum properabat, in via obvius ei factus est vir procerus & terribilis vestibus [illegible] qui capite prehensum [illegible] allisit humi, sed prius [illegible] cruciatam nouam impressit, tamquam [illegible] orbem eiicisset.

Iacuit sic, homines sic iacuit, tandem à ceteris illius conspectum auditoribus domum suam delatus, [illegible], omnia ordine aperuit, suoque damno docuit, neminem maledicere c. Ergo, Benedicite, & nolite maledicere. Nā quod Siracides asserit, Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. d

a Eccli. c. 27. v. 28.
b Ioan. Nyder. Formicar. l. 5. c. 11 medio.
c Ioan. Geiler à Keisersberg l. de oris potentia dominica Lætare initio pag. 40.
d Eccli. c. 21. v. 30.

§. IV.

§. IV.

NEc ab hac se veritas sequestranda. Narratur olim temporibus suis Misnicus paterfamilias, filiam [illegible] degenerasse, ut patrum gentisque [illegible] praecederit. Pacem tum crudeles [illegible] imprecationes [illegible] filio. Vix impudentissime eorum, Albis fluvius glaciat. Neque [illegible] Deus [illegible]. Eodem ipso die filia, ad [illegible] submersa est Albi. a

Priora confirmat, & item probè cognitam fide aspera narrat, quam supra dixi. Cyganeus Non procul Augusta urbe, in monte Salvatoris mulier Amilles (inquit auctor) operatus est sacris. His finitis mulier, diaboli hospita est adducta. Amilles sacros libros mulieris capiti imposuit, & ex ipso Evangelium Ascensionis Christi Domini recitavit, cumque verba illa pronuntiaret: Super aegros manus imponent, & bene habebunt, cacodaemon terribilis omnibus, horrendum fremere, ac vociferari coepit. Extra jussus, id unum respondit: Hanc nondum volo Altissimus. Interrogatus qua ratione eam domum occupasset, aiunt filiam foemina daemoni ab hoc hospite liberatam, falsa est se marito succensentem dixisse: Abi in nomine diaboli. Protinus ab hoc dicto sensisse diabolum per auriculam illapsum. Celer-[illegible] est hic hospes ab Olea, & nunquam [illegible] fecerat absolutam, iam adest, iam totus in tota domo est. Ergo, Benedicite, & nolite maledicere. Recentius est quod addo. Anno Christiano sexcentesimo decimo nono, In Salisburgensi agro Mattsendensi campo, ut fama est, famulam domo exclusit [illegible] quam pactus fuerat, negavit. Atque ut injuriae fecum faceret, ferro in os objecit: Hoc dicebat, & hoc mihi [illegible]. Pactum ergo mercedem nega. Serena melioris conscientiae [illegible]: Nihil hujus laranei sum, identidem respondebat. Discernit haec verborum [illegible]. Lis demum ad judicem delata, campo [illegible] vir nodaria: Nisi verum, inquit, dicerem, in metis me percellat Deus. Hunc diriffimam imprecationem [illegible] Deus [illegible]. Nam corpore eo quo [illegible] separatim à morte corruit. Tanti ponderis fuerant verba quae protulerat. Hinc rectè dixeris Deus Amilis, non [illegible] ut [illegible], velle quod tacere [illegible] jussit. Fac ubi [illegible] fidem tuam.

Adeo autem diabolus & verus, & vel pietas est fugiendus, ut non temerè quidem invitandus in Espilcia. Circa Bremensis, Petrus, maleficarum [illegible], vir [illegible] extra urbem in castro [illegible] apud cognatum ejus negotii causa. Eo ita ut gebatur, ut somnum nocte [illegible] terreret, [illegible] ad [illegible]. Sed videbatur Petro [illegible] esse, diffugientibus stellis. Quare [illegible] capitis induit, [illegible], quas ea nocte [illegible] solebat, omissis. Sic ad locum [illegible] properat. Ubi clausam ostium, [illegible] quod plus aequo [illegible], [illegible] & loco [illegible]: Ergo ad lectum, inquit, in nomine diaboli recubo. O Petre, [illegible] hoc nocte est, nec quidem [illegible]. Mox [illegible]. Nam vix dum [illegible] vox [illegible], & Petrus per scalarum gradus, quos [illegible], praeceps [illegible], ut [illegible] & [illegible] jaceret multo [illegible] sanguine. Atque sic à famulo repertus est. Ubi ad se rediit, linguam [illegible] cognovit. Vires autem eo lapsu [illegible] vix tribus hebdomadibus separavit. b

Imprecari, maledicere, diris devovere, cacodaemonem vocare, non humile, solum & ab omni eloquentia [illegible], sed etiam adeo commune, [illegible] tamen tam [illegible] est [illegible], ut saepiusne divina [illegible] vindices manus non contineat; sed eos exemplo sistat (ut vidimus) quo mortales omnibus maledicentiae & imprecandi libidini [illegible], discantque benedicere & non maledicere. Lata est sententia: Maledici regnum Dei non possidebunt. Odit DEUS & avertitur maledicos, cujus maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo, sub cujus lingua labor & dolor. Quibus animus est aeternis laudibus Deum venerari, ut nunc incipiendum, [illegible] ab hominibus [illegible] est principium, quod in Deo sine fine [illegible]. Quisquis [illegible] maledicta non [illegible], & Paulo praecipiente, etiam persequentibus benedicere, Orbis [illegible] die benedictionibus [illegible]. Bene illum, bene corpus, bene animam, bene omnia illius. Ergo, Benedicite & nolite maledicere.

a Colloquia à Ioann. Aurifabro scripta Francofurt

cusfueriis cita cap. 7. mihi pag. 47 8.
b Ioan. Nyder l. 5. Formic. c. 7
c Psal. 9. v. 18.

§. V.

SEd vulgatum illud Orbi admirandum ma-gis iudicium non omisero. E signatis tabulis hos recitabo, & testes fidem dignos. Co-mitis in Hollandiâ Margaritam ingens Comitis in Hollandiâ Margaritam paupercula mulier, quæ gemellos vtero gesta-bat, stipem rogavit. Comitissa contra non so-lum stipem negavit, sed & convicium addidit, adulterij eam insimulans, ob prolem tam nu-merosam. Paupercula feminarum graviter & repul-sa & contumelia. Ergo audet & imprecatur: Velit Deus, vt tu, ô domina tot proles parias, quot annus dies continet. Voluit omnino Deus, ratam esse imprecationẽ. Ita vxor Co-mitis exoletis mensibus, partu vno trecentos sexaginta quatuor liberos enixa est. Et quia omnes in lucem vivi prodierunt, ab Vltraie-ctino proepiscopo Guidone, sacro fonte tincti, sed paullo post vna cum matre defuncti sunt. Extat hodieque in Losdunensi virginum cœ-nobio inter Leydam & Hagam-Comitis sito, epitaphium, quod hæc repræsentat inscriptio-nem.

Illustris Domini Florentij, Comitis Hollandiæ filia, cuius mater fuit Mathil-dis, filia Henrici Ducis Brabantiæ, fratrem quoque habuit Guilielmum Alemanniæ regem, hæc præfata domina Margareta, Anno Salutis millesimo ducentesimo se-ptuagesimo sexto, ætatis suæ anno qua-dragesimo secundo, ipso die parasceues, horâ nonâ, ante meridiem peperit infan-tes viuos promiscui sexûs, numero tre-centos sexaginta quatuor, qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonem suffraganeum, præsentibus nonnullis proceribus, & magnatibus in pelui quadam Baptismi Sacramentum per-cepissent, & masculis Ioannes, femellis vero nomen Elisabeth impositum fuisset, ipsorum omnium simul cum matre, ani-mæ ad Deum æternaliter victuræ redierunt: corpora autem sub hoc saxo requiescunt. a

En, Lector, tabulas signatas. Quam facilis est Deus imprecationi, præsertim prope-rum amantis, & vel naturæ leges solutæ, ne irrita cadat imprecatio. Multorum vota maximarum virium sunt. Fateor; sed prius adeo recentissimum ac planè insolitum impre-cationis specimen. Nimirum tam aliis quàm sibimet ipsi malè precari pessimum.

Hoc ipso, quo hæc typis parantur, anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo Au-gustæ Vindelicorum, duæ mulieres mater & filia in gravem satis suspicionem haud teme-rè venerant. Ac illæ, quo incredibilitatem tam facinoris famam à se propulsarent, ita Deum obtestatæ sunt, vt, si sontes essent, horribili pestilentiâ vtramque pateretur affligi, idque ad designatum diem, & quod amplius, certo pestiferarum plagarum numero expresso. Au-dijt hæc vota Deus, & annuit. Venit itaque iurata dies, & simul peierata pestis, quæ sin-gulas ritè plagarum numero (quatuor vna, novem altera sibi fuerat imprecata) vtram-que feminam invasit, & simul documento ma-nifesto fuit, peieranti & malè precanti linguæ iudicem vindicemque instare Deum.

Mitius dicam, nec id satis vnquam impres-sero: Benedicite, & nolite maledicere.

a *Ludovic. Guicciard. in Belgij descriptione, mihi pagin. 122. Albertus Crantzius in Van-dalia. Iam in hist. Batavia. cap. 20. Iacob. Meyer Annal. Fland. l. 9. Ann. 1278. Lip-sius facit mentionem in Virgine Hallensi c. 2.*

CAPVT XXVIII.

Lingua iuramentis assueta, quam sit exitiosa.

COmplures morbi sunt, quibus certius cognoscendis, indicationi signum peti-tur à linguâ, quam ægrotus in eum finem foras prodit inspiciendam medico. Ana-tomicæ periti aiunt cor & linguam nervo con-iungi vno, hinc signa vaticinandi à lingua peti. Qui nosse cupit, quo quis morbo labo-ret, linguam inspiciat, verba consideret, sermo-nem observet. Lingua monstrat, & index cor-dis est. Qui psittacum, aut merulam, è plurimis & passis, è volatu non noscit, saltem noscet e gar-ritu: qui nescierit, quos hi, aut isti, aut illi mo-res præ se ferant, attendat quid garriant. Ita So-

crates

ignotæ inspecturus adolescentis animum, contemplatus est linguam: loqui eum iussit, vt videret quàm commodis esset moribus. Auis à rostro, & cantu optimè dignoscitur: hominis animus colloquijs exploratur. Qui curiosius Pharmacopolium lustrat, vt pyxidum opes indaget, operculū mouet, pyxidis aperit, mox aut fragrans moschum, aut assa dulcis aut suaueolens balsamum, aut graueolens Castoreum, aut Assa fœtida se prodit. Lingua cordis operculum est, hoc amoue, & noscis illud.

Explicatissimè Christus: Bonus homo, inquit, de bono thesauro cordis sui profert bonum:& malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. *a* Neque aliter Siracides: In linguâ, inquit, sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati. *b* Neque aliter Augustinus: Nam quid velit cor, ait, linguæ testantur. *c* Ergo, ante sermonem non laudes virum. Nam, sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis. *d* Pyrus non fert mala, nec malus pyra vel prunas. Sua cuique indoles, suus cuique genius est, ad hos illosve fructus ferendos.

Caiphæ Pontificis custos ianitrix Petrum Apostolum indignata est dominum compellare: Homo vilis, Galilæus est, aiebat, ipsum loquela ipsius manifestum facit. Plerumque vix paucas voculas effamur, & an Germani, Itali, Hispani simus, ab idiomate arguimur. Ita prorsus, quid quis clausum gerat pectore, lingua facit perspicuum. Verissimè dixit Socrates. Qualis vir, talis oratio. Qualis aui rostrum est, talis & cantus est: quales cuiusque sermones, talia plerumque sunt & facta. Quod optimè dixit Aristoteles: Qualis quisque est, talia dicit. *e* Imaginem animi esse sermonem, optimè interpretatus Christus: Quæ autem, inquit, procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. *f* Inter hæc oris inquinamenta, longè perniciosissimum est Lingua *Iurans*, seu Iurandi consuetudo multò pessima, de quâ copiosius iam disserendum.

a *Luc. cap.* 6. v. 45.
b *Eccli. cap.* 4. v. 29.
c *Aug. in ps.* 91. *præfat. ante med.*
d *Eccli. c.* 27. v. 7. & 8.
e *Aristot. l.* 4. *ethic.*
f *Matth. cap.* 15. v. 18.

§. I.

TEmerariam iurandi consuetudinem adeo seuerè prohibet Deus, vt ipsa sit damnata legis verba reuelare; hæc sunt: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim insontem habebit Dominus eum qui assumpserit nomen Dei sui frustra. Lex hæc vnica, Christianis omnibus, instar mille concionum sit. Certè vir fictus & magnæ authoritatis, ad pusilla quæque se testem produci non finit, & Deus rex cœli celorum, vt eum rogarem, imo & mendaciorum nostrorum testem adducemus? quid enim est aliud, iurare, quàm Deum testem inuocare? Clare Augustinus: Iurare vero ait, quisquis ex prauo cordis & peruersi, si dicas, per Deum, iuras, si dicas, Testis est Deus, non iuras? Quid est enim, per Deum, nisi, testis est Deus? Aut quid est, testis est Deus, nisi, per Deum? *b*

Res arduæ circumspectionis est, iuramentum licitum. Aut nullum, aut malum est iuramentum, quod iudicio, veritate, & iustitiâ destituitur. Hieremias vates expressit: Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & iudicio, & iustitiâ. *c* Hæc autem tria tam facile deponuntur, vt exactissimè perpendere debeat quid facturus sit, qui iurando se obstricturus est. Sed hæc nihil ad nos hoc loco. Nostrum hic exponere, temerariam iurandi consuetudinem, à diuinis oraculis extremè damnari. Quatuor vero potissimum capita sunt, quæ Linguam *Iurantem* in exitium præcipitant.

Primum est, Affectus seu libido iurandi, quæ sæpe tanta est, vt mortalium innumeri, quicquid loquuntur, temerarijs iuramentis, velut venenato puluere aspergant. Plurimos reperias, qui sæpè centies iurent, quàm vel semel panem à Deo flagitent. His talibus iuramenta, velut verba infulsa; prouolare, iurare, neque iurare, multo minus peccare se cogitant. Adeo namque volubilis sunt linguæ ad iurandum & deierandum, vt fateri cogantur, tam infamam iurandi consuetudinem, pruritum ac morbum esse. Hinc sæpe, Augustino teste, plura sunt iuramenta, quam verba.

violari. Quam id autem Deo non possit non grauiter displicere, quod om tam scelato [illegible] ipsius honorem pugnantia. [illegible] Quapropter Iacobus Apostolus admonuit: Ante omnia, inquit, fratres mei, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum; Sit autem sermo vester est, est; non, non, vt non sub iudicio decidatis. Illustrissime hæc Apostoli monita interpretatus est Augustinus. Hic ego te, Lector, obsecro, [illegible] & quid hic [illegible] audias, atque attendas, [illegible] sanctissimus præ [illegible] eruditissimus, [illegible] consuetudinæ [illegible], ausculta. Sic igitur Augustinus loquitur: Quare ergo, Ante omnia? Isto verbo, quod ait, Ante omnia, [illegible] fecit aduersus linguam nostram cautionem [illegible], vt attendamus præ cæteris, vt Ante omnia, ait, vt attendatis, ne subrepat vobis consuetudo iurandi. Tamquam in speculo ita te posuit, contra te. Cum [illegible] te iurare, per Deum, per Christum occido illum: f & hæc quæstio per [illegible] Non aperis os, nisi à tali dictum, per horam! Non [illegible] Ante iurationem. Nullos, vt diceret tibi, Ante iurationem consuetudinem [illegible] vt te aduersus consuetudinem [illegible] vt omnia tua inspiceres, [illegible] motum linguæ tuæ diligentissimè custodires [illegible] malæ consuetudinis tuæ custos esses. Ad [illegible] constringendum audi, Ante omnia. [illegible] Ante omnia, [illegible] Ante omnia vigila. Quid est, Ante omnia? Ante omnia vigila. Hoc peccatum Ante omnia [illegible] esto. Hoc peccatum quem [illegible] timere, si iurare peccatum esset, & grande. Nam periurium peccatum esse, & grande peccatum, nemo dubitat: sed non ait Apostolus, Ante omnia, fratres mei nolite peierare, sed nolite iurare. Quia ergo graue peccatum est peierare, compendium tibi dedit Scriptura, Noli iurare. Vt ergo longè esse à periurio [illegible] noli. Falsa iuratio exitiosa est, vera iuratio periculosa est, nulla iuratio secura est. Sed consuetudo est, solet dici &c. Maior est consuetudo minorem [illegible] Si de manu aliquid non tibi licita consuetudo. Si de manu aliquid faceres, faceres [illegible], ne facerent: Si pedibus aliquo [illegible] esset, facerent: Si [illegible] pigritia [illegible] excitaret te, vt surgeres & [illegible] lingua facilitatem habet motus, in [illegible] posita est, facilè in lubrico labitur. Quando [illegible] citius & facilius mouetur, tanto tu ad-

[illegible] illam sicut esto. Nam tantum mali habet iuratio, vt qui lapidem colunt, timeant falsum iurare per lapidem: tu non times Deum falsum iurare [illegible] Deum præsentem, Deum viuentem, Deum scientem, Deum manentem, Deum in contemptores vindicantem? g

a Exod. c. 20. v. 7.

b Aug. tom. 10. serm. 28. in decollat. Ioann. Bapt. [illegible] tom. serm. 28. de verbis beati Iac.

c Hierem. cap. 4. v. 2.

d Aug. loco instracit.

e Iacob. cap. 5. v. 12.

f N. [illegible] hominem à se occidendum.

g August. tom. 10. serm. 28. de verbis B. Iacobi [illegible] sermonis [illegible]

§. II.

Alterum est, assiduitas & quotidiana cõsuetudo iurandi, quam sacra volumina grauissimè reprehendunt. [illegible], vt [illegible] Iurationi, ait, non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Sunt [illegible] ad vilissima quæque [illegible] nomen [illegible] & æquum [illegible] quidquid dominus hic diuini habeat [illegible] honorifica præfatione. [illegible] & non Angelorum [illegible] & contumeliæ [illegible] nostræ testem. Sunt qui vel vno die [illegible] Per Deum, Testis est mihi Deus, Deum appello testem. Aliter Seraphini, Deum [illegible] Angelorum [illegible] quanta cum ij reuerentia, [illegible] illud trisagium Sanctus, Sanctus, Sanctus [illegible]! At nos viles homines, in omnes facinus proiecti, in peccatis [illegible], ad fabulas [illegible], in vana & futilia [illegible] Deum [illegible] non sine fastidio, cum ludicra aut falsa narramus, eundem Deum appellamus, non sine grandi contemptu. Et quemadmodum sæpe [illegible] certos in sacris [illegible] Orationis [illegible] iuramentum [illegible] Res ipsa hic loquitur. Et idem Chrysostomus olim expertus: Nos autem, inquit, & cum vilia comparamus, & cum de [illegible] nemo contendimus, & cum [illegible] Deum ipsum inuocamus.

pere. Et hominis quidem ingenui & aliqua dignitate muniti, in publico ad huiusmodi res non audemus testimonium postulare, ne & iniuriarum contra nos vindicta procedat; Deum autem, cælestium regem, Angelorum Dominum, & cum contrahis, & cum loqueris, & cum quibuslibet sermonibus delectaris, adducis testem b. Hanc ergo iurandi flagitiosam consuetudinem grauissimè detestatus Siracides: Nominatio Dei non sit assidua in ore tuo, inquit, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga c. Hæc verba obiter, vigilante animo considera: *Vir multum iurans, implebitur iniquitate:* Compendium & epitome flagitiosorum scelerum est iurandi assuetudo: [illegible] plura qui frequenter per tot iuramenta exit: *implebitur iniquitate.* Neque hic vindices Dei manus cadunt, nam etsi seras, seueras tamen exhibent pœnas. *Et non discedet à domo illius plaga;* non solum ipsum [illegible], sed & posteros [illegible] supplicijs [illegible].

a Eccli. c. 23. v. 9.
b Chrysost. tom. 5 hom. ad baptizand.
c Eccli. c. 23. v. 10. & 12.

§ III.

TErtium est. Nulla, vel leui ex causâ iurare, quod diuinæ leges expressissimè vetant: Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra, quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit a. Hanc legem [illegible] & integram [illegible] seruat. Hebræi non tantum hæc tali reuerentia vetita, sed & religiosa ac reuerentia causa nomen Dei Iehoua pronuntiare non sunt ausi, nisi soli sacerdotes & Pontifices, qui id maximè ad solemnem populi benedictionem, aut ingressum in templi adyta pronuntiabant b. Iosephus affirmat, sibi illud nomen eloqui, nec ius nec fas esse. Cum ergo in sacris paginis, hoc nomen legerent, occurrebat, Hebræi pro illo substituebant *Adonai*, vel *Elohim*. Imo Christus & Apostoli, cum citarent sacras Hebræis paginas, in quibus nomen tetragrammaton est, pro eo nomen *Dominus* substituunt. Hinc Iudæi neglexisse, qua ratione nomen illud pronuntiarent dum sic, seo, quomodo illud Deus Mosi, atque sacerdotes pronuntiarent, atque etiam ultimum sacerdotium, qui nomen hoc expressisse [illegible] (qui Christum [illegible] in templum [illegible] est) venturo [illegible] se [illegible] modum [illegible] nominis pronuntiandi. Ob eandem diuini nominis reuerentiam summus Pontifex, illud in aurea lamina insculptum gestabat sublime, quod Rex Macedo Alexander Iaddo Pontifici obuius, humi procumbens reuerenter, adorauit. b

Tacerent reuerentiam diuini nominis [illegible] olim Hebræi, & illud iuramentum incommodè adeo impiè [illegible] Christiani! Graue flagitium, & supplicio dignissimum. Neque vero tantum Hebræi, sed & nostra [illegible] ætate [illegible] nomen tetragrammaton expressè iurare numquam audent, sed hac formula, idque admodum raro, & non nisi adacti vtuntur: Iuro per iod, he, vau, & he (sunt quatuor nominis tetragrammati literæ) quod iuramentum illis sacrosanctum & firmum habetur. Idololatris etiam non licebat, falsum Deum Demogorgonem nominare, si quis fecerat, mortis [illegible] vindicandus erat. d

a Deut. c. 5. v. 11.
b Philo l. 3 de vita Mosis.
c Ioseph. l. 11 Iud. antiq. c. 8. med.
d Boccatius l. 1. de genealog. Deorum cap. 1.

§ IV.

QVartum est, per res creatas iurare, Imo ipsum etiam diabolum testem aduocare & iudicem: Si res non ita se habeat, diabolus me rapiat, cacodæmon me laceret, [illegible] me diaboli [illegible]: moriar ex hoc loco non efferar, hic bolus me suffocet. Narrat Polydorus, Comitem Godwinum in mensa dixisse, si mentiar, hic ipse bolus me strangulet. Dixit & factum est a. De hoc iuramenti genere grauiter Augustinus: Iurare, inquit, per execrationem, est grauissimum iuramenti genus, cum homo dicit: Si illud feci, illud patiar. b

Scriptum est per malum aliquid facere tibi quod ex vsu sit c. Narrat Martinus Delrius, Hispanum militiæ ductorem, qui nomen Bravo, quem & Delrius sæpe vidit, mihi deditum fuisse affirmare, & quod plerumque fieri amat, in ludo di-

iacere in se fusca atque alios esse sositorum. Quadam die cum infelices semper manerent, & damnosi fabulantur canes, ita efferuescens in caput suum diuitias precabatur. Et en subito, totam malis qui aderant, ab ima sua manu ad tabulatum vsque sublatus, post aliquid temporis repallidus & mortuo similior quam viuo, in solum depositus. Cadauer suum omnes velut funestum cito post vitae terminum gemuit: *d.* Rem aequè ac illam sed magis horribilem, quam fide idem commemorat in hunc modum:

In Silesia vir nobilis conuiuas inuitare, iamque parato prandio vocare ad epulum, conuiuarum tamen nullus prandium condixerat; suas quisque remoras excusabat. Bilem hoc mouit homini. Ergo ita fremens: Si conuiuae nolunt, inquit, veniant omnes diaboli. Dixit, & vt plenus erat fastidij, domo abijt, fortè delatus in templum. Hic sedanti ij nonnihil bili, subsistit, & quid Ecclesiastes, pro suggestu diceret, attendit. Dum ille in templo haeret, ad aliam domum interim adsunt equites proceri, sedati, imperantque seruo, herum quantocius vocet, adesse hospites. Seruus animo consternatus ad templum properat, & nunciat haec hero: ille inops consilij cautionem consulit. Curio hoc suadet, vt omnem familiam domo iuberet excedere. Fit. Sed dum properant, infantem in cunis dormientem trepida obliuione solum deserunt. Laruati ex Orco hospites domum liberè ingressi, quasi inuitati, incipiunt comessari, & velut ebrij vociferari, per fenestras etiam prospicere, sed varij vrsorum, felium, leporum, sed & hominum formis, manibusque pocula & quasi propinare, carnes assas, pisces lixos, placentas frixas, & id genus edulij ostendere. Haec vicini, haec Curio, haec ipse paterfamilias videt, & *e* Ah, inquit, vbi meus infans? Statim ab extremo pater verbo, ex monstris vnus infantem ad fenestras, & sic parenti spectaculum, exhibuit. Virum nobilem infantis incolumitas vrgè angebat. Seruum ergo, quem fidissimum habuit, interrogabat: Dic quaeso, ait, quid agam? infantem quomodo eripiam his monstris? Cui seruus: Domine, inquit, sic animo: vitam ego meam commitam Deo, & ingressus domum, infantem hic Lapulis abstracturus: Deus adsit. Sic ait, atque abit. Sibi, Deus opem porrigat. Ita seruus cum fausta prece Curionis & caeterorum, ingressus est domum, & nunc conspexit, in quo daemones fremunt, in genua prouolutus se Deo impensissimè commendat. Sic adfirmato animo aperit cubiculum, tot perniciosos daemones, hos quidem stantes, hos sedentes, illos deambulantes, istos serpentes, isque omnes in eum irruere iussi sunt ac vociferari: Quid hic tibi est? ille sodum, animo tamen praesenti ait: Te, inquit, infantem mihi trade. Cui diabolus vehementi gestu: Nequaquam, ait, iam meus est hic infans, abi tu, meoque domino dic, ipse veniat, & infantem recipiat. Seruus iam animosior, Nomine Christi IESV, inquit, infantem aufero, & tristissimo patri. Dixit, & fecit. Hic omnes vociferati: Relinque infantem, nebulo, relinque, aut discerpemus te. Ille minis neglectis, celeriter se domo eripit, & infantem reddidit parenti. Ab aduentu diabolis damnatae perturbatam, non vitam. Post aliquot elapsos dies ea tamen omnia ab Lubo consulente ita vir nobilis cum familia in vacuas aedes denuo immigrauit *e*. En inconsulti dicti quas poenas dederit pater, quae pericula subierit infans filius! Linguam deinceps frenare discere, ita moderari stude, atque si daemonum eloquare lubet, mendicos potius quam diabolos vocare. Si cenam respuant conuiuae opulenti ac nobiles, fruantur ea pauperes.

a *Polydor. Virgil. l. 8. hist. Angliae.*
b *Aug. tom. 8. in psal. 7. post init.*
c Terentius.
d *Martin. Delrius tom. 2. disquisit. Magic. part. 2. quaest. 2.*
e *Delrius loco cit.*

§. V.

VErum nec ad epulas nec ad choreas vocandus est generis humani hostis, quod sequens narratio demonstrabit. In Saxonia opulenta virgo, iuueni elegantis formae, sed inaequalis fortunae coniugium promisit. Ille casus casurosque [illegible] futuros, & vt, recisi si diceret ne illa [illegible] immemor promissorum. At illa [illegible] tenta sponsam [illegible]: Si alteri nupsero, inquit, diabolus in ipsis nuptijs me vitam adripiat. Exiguo tempore elapso nuptijs [illegible] tal animum virgo, & sponsa [illegible] spirit- mobis

[illegible] alteri, diriori. Adest prior commune, mentemque perfidi[illegible], & dicit demonstrare. Illa obfirmat animum, & : Noli, ait, ebtundere bonno, frustra ea. Iamque nuptiæ parabantur. Ipso autem nuptiarum die, cum iam totis ædibus perstreperet hymenæus, cum cognati & convivæ omnes hilarescerent, sponsa, vigiliarum conscientia, solito fit trislior. Sub epuli finem, duo diaboli, nobilium equitum tunc primum advenientium specie, nuptiales domum ingrediuntur, humaniter excipiuntur, fit locus inter convivas, considunt vnà, fabulantur multa, comedunt plurima. Exinde epulum & choreæ ad saltationem spectabiles. Ita concordia mutuo in choream iuit. Equorum alter hominis causâ invitatur, vt eum sponsâ choream ducat. Non recusat, verum aliquamdiu cum eo [illegible] insiliit. Mox cum eadem per ostium erumpit, & in altum se tollit cum desponsâ sibi prædâ, parentibus & cognatis frustra lamentantibus. Postero die moestissimi parentes & cognati, miserunt qui sponsam quærerent, vt saltem esset quod sepulchro & terræ redderent. Quærentibus ipsis diaboli duo fiunt obuiâ, & sponsæ vestes ac mundum muliebrem reddunt cum hoc dicto: In sponsam, non in hæc, potestatem nobis concessit Deus. Augustini verba hic repeto: Iurare per creaturam (quod sponsa fecit) grauissimam iustitiæ indignum est. Ita misera quæ nuptiarum promissa violauit, & suam in se periurio maculauit, corpore animoque caco dæmoni mancipata est a. O quantum momenti, in quantillis vocibus! En causam, quare Iacobus Apostolus dicere: Ante omnia fratres mei, nolite iurare: neque per cælum, sed neque per terram, multo minus per diabolum.

Hinc alteram addo, idque recentior. Anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono, die vigesima nona Novembris, Geraldimontij in Flandriâ, argentarius (cui Antonius nomen b) ad Navem auream hospes diuertit. Ibi ei erat cum aliqui de pecunia, quam alij dicerent affinem a[illegible], ipsi acceptam vrgebat & pervrgebat, & quod peius, iuramento dicta confirmans: Si eam pecuniam, aiebat, accepi, velit Deus vt hoc igne comburar: Simul ignem monstrabat in proximo camino succensum. Nec tamen ijs, quibuscum lis erat ita satisfactum. Hominem iuramento [illegible] per confessionem obstringebant. Neque hoc ille detractauit, iuratusum dedit. Sic vespere discessum est. Antonius post cœnam lectum subire, & ignem paulo luculentiorem in camino fieri iussit, eo acrius se applicans, quærens, vt putabat, dormiturus calefacto corpore. Hospes sodalisque & assistentes sanguine peregrinum hominem anxie somnum concessum rogauitque, num quid rerum deesset: simul ignem singulariter obstrictum [illegible] in [illegible] consedisse, nec quidquam periculi ab eo metuendum. Sic abijt è cubiculo. Illas ipsas ædes sub vndecimam noctis horam excubitor transijt, vidíque in ea parte ædium, vbi Antonius morabatur, plurimum luminis effulgere, quia tamen incendium suspicatus non est, frustra citra turbas mouisse. Idem vigil non multo post ibidem prætereat, sed iam vehementius ille cubiculi fulgor decernebat. Eadem hora soror Antonij via multis passibus ab oppido distans etiamnum in opere erat, & illa ducebat. Cum ecce colum subitam è foco ignis inuadit, ægré repressum aqua. Eadem nocte aere parochi domum horribilem latratus canis edidit. Mane Antonij soror maritum misit Geraldimontium e ad inuisendum fratrem. Expectat hic vltra horam in hospitio, dum aliquis surgeret. Nemo prodit. Tandem pulsat ad cubiculum nemo respondet. Denique cogat hospitem, aperiat. Ingrediuntur ambo, & miserum reperiunt fœdè exhalatum ac mortuum, absumptis à flamma pedibus. Cranium primo tactu in cineres fusum, scabellum cui insidebat, pœnè combustum. Omnis pecunia quam secum in loculis deferebat, ab igne intacta erat. Hoc quam primum vulgata vulgatum est. Mox omnes ad triste spectaculum conuolarunt. Fama etiam Bruxellas vt ad Belgij principes, qui virum grauem miserunt, vt in rem fidem inquireret. Omnia prout narrauimus, comperta a. Nimirum vigilat etiamnum Vindicta, nec periuris decoruit, præsertim cum illi cum sequentibus in somnum declinant. Repeto illud beati Iacobi: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare.

a *Delrio tom. 2. disquisit. Magic. l. 3. part. 2. q. 7. sect. 1. mihi pag. 77.*

b *Antonius de Marck vulgo Gravé.*

a *Siue Adrianopolim.*
b *Ex ipso autographo Gallicè excuso Atrebati Anno 1601. Cum approbatione D. Guiliel. ad S. Magdalenam Curionis, & Canonici Atrebatensis.*

§. VI.

SEd dices, hi quos nominasti, falsò iurarunt; ego, aliique leuiter & incogitanti iurantes, & modo Deum, modo diabolum nominantes testem; quid hoc tandem monstri sit? Non est ita, mi vir, ut dicis: nam ille nobilis Silesius præcipitanter ita, & inconsideratè iurauit. Deinde vero, cum te esse finge qui semper verum dicas, quotiescunque dicis: Testem Deum appello, Ne sim saluus, si hoc fecero; diabolus me auferat, si hoc petiero illo, inquam, te talia dicendo veritati nunquam contradicere (quod fieri non potest) per hanc tamen pessimam iurandi consuetudinem, inobseruatis lapsibus, decernes et etiam falsa iuramenta confirmes. Crede mihi, regula est certissima: *Sæpe iurando periurium facies.* Omne autem periurium leuiter delictum est, neque hic, ut in aliis, vel leuitas excusat. Sapienter præmonet Ambrosius: Noli ergo iurare, ne incipias peierare: a hoc illud è vestigio sequitur. Hanc ipsam ob caussam diuus Iacobus cauere iubens: Nolite, inquit, iurare, *ne decidatis*, ab vno in aliud iuramentum, à iuramento in periurium, ab periurio iusto Dei iudicio damnandi.

Denique legislator diuinus, Christus Dominus, sanctissimam in omnia iuramenta legem, & nulli antiquandam promulgauit: Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia ciuitas est Magni regis; neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit *sermo* autem vester, est, est; non, non: quod autem his abundantius est, à malo est. b Si enim obseruantiam Deo debemus, ut non nisi ad res ipso dignas, [illegible] vocemus, cuius obsequio mentem semper placatam [illegible] omnia, vanissima certè illa iuramenta! Quare prohibet Christus, imo iam prohibitum esse docet, iurare. Neque tantum vetat, per Deum, sed & per res creatas iurare, quod autem abundantius est simplici affirmatione vel negatione, à malo est, à diabolo introductum est. Ex hominum vitijs autem est iuramentum, quod mendaces simplices, infideli, fraudulentique sumus, neque enim celant simplicitatem atque sinceritatem quam dictat ratio. Nemo autem minus meretur fidem quàm is qui frequenter iurat. Vult itaque Seruator, nos adeo spectatâ morum integritate viuere, ut nemo nobis non credat etiam non iurantibus, adeoque apertâ simplicitate, ut [illegible] nullis nō credamus [illegible], sitque sermo Christiani instar iurisiurandi. Id docet Pelusiota sub finem: Si nostri gregis es, inquit, ac sub bono illo pastore censeris, seruatam naturam ac simplicitatem [illegible], & ipsius voci obtempera, quæ, ne omnino iures, prohibet. Quod si iurare minimè vis, nec ab alijs quidem, ut iurent exigere, idque duplici de caussa [illegible] aut quia [illegible] studiosus est qui [illegible] aut contra, quia libenter mentitur. Si enim ille vera loqui solet, omnino etiam nullo interposito iuramento vera loquetur: Si autem mendax est, iurans etiam mentietur. c Non sine caussa Siracides: Loquela, inquit, multum iurans horripilationem capiti statuet. d *Æquum profecto* est, ut cum multum iurare, capiti audientis exhorrescat, quod sanctissimum Dei nomen sic abjici videat & calcari. Non exigua virtus est, iuramentis penitus abstinere.

a *Ambr. in exhort. ad Virgines.*
b *Matth. c. 5. v. 34. usque ad v. 38.*
c *Isid. Pelus. l. 1. epist.* 155.
d *Eccli. c. 27. v. 15.*

CAPVT XXIX.

Quid Sancti Patres, Chrysostomus, Augustinus, Bernardus de Lingua iurante senserint.

IUramentum reuerenter adhibitum, licitum semper sanctumque habemus, ex vsu omnium gentium & tribunalium constat. Sed alterum illud vanum, & sine caussa vsurpari solitum, à Christo Seruatore prohibitum, varijs supplicijs coercendum, sanctissimi quoque & eruditissimi viri grauissimè detestati sunt. Ex eorum numero tres potissimum eligi, Chrysostomum, Augustinum, Bernardum, [illegible]

priscos doctores, quorum sententias percrogare iuslitra. Dicent illi quid de improba iurandi consuetudine sentiendum. Quinque nobis capita praecipuè persequenda. Primum, iurandi consuetudinem assiduis obiurgationibus esse conuellendam. Secundum, à iuramentis ad periuria facillimè transiri. Tertium, non tantum non iurandum, sed nec iuramentum sine necessitate postulandum. Quartum, è iuramentis plurima, magna prouenire damna. Quintum, iurandi consuetudinem facile posse corrigi. De his breuiter, & ordine signato differemus, ex ore dictorum Patrum.

§. I.

PRimum. Detestandam iurandi consuetudinem assiduis increpationibus castigandam, illustrissime docuit Chrysostomus, qui vix vnquam pro suggestu dixit, quin singularem illam iurandi licentiam aeri auctoritate persuaderet. Ipse de seipso testis: Sed valde bene, ait, & multos sermones de hac vobis locutus sum materia, neque etenim hodie desistam, neque cras, neque perendie eadem persuadere. Et quid dico crastinam aut tertiam diem? Donec vos correctos videam, non absistam. a Sed eadem iterum incudens, & pessimam iurandi consuetudinem identidem castigans: Quid faciam? inquit, donec vos correctos videam, non possum absistere proposito. b Obsecrare, arguere, increpare, opportunè, importunè iubemur, Apostoli suasu, nec de eadem re saepius concionari desinam, dum adeamus hoc vitium saltem capi & intelligi, si non perfectè corrigi. Et velut faber incudem idem repetit, & malleum saepius in idem ferramentum reuocat, ita Chrysostomus: Rursus, inquit, vobis de eadem materia dicere volo, ut de mente vestra, improba iurandi consuetudo radicitus euellatur. Sextus hic dies est, quod de hac vos praecepto admoneo c. Neque vanum, aut sine profectu monitum fuit. Actum est aliquid vos seriis clamoribus, cohortantes aliqui criminis grauitatem, & à seipsis poenam expetiuerunt. Hos Chrysostomus publice commendans: Noui multos existentes, inquit, mandatum fecimus, leges nobismet ipsis ponentes, & iurantibus poenas definientes, & legem transgredientibus poenam infligentes, poenam nobis constituentes, quod est maximè charitatis indicium. Hac ipsius cuiuslibet sermones cognouimus, & Deo gratias agimus, quod non in petra seminauimus d. Quia tamen aliqui eodem loco haesitabant, aut dilationem specimine, ad inginium pedibant, Chrysostomus idem monere perseuerans: Hos inquit, & de iurantibus dicere licet: nec enim illi villam habent quam praeualeant paceinationem, sed contemptum solum. Et noui quidem quod grauis esse videor iam & molestus, admonitionis longitudine perturbans & recusantes non desino, ut vel mea importunitati impudentiam, improbi iuramentorum consuetudine abstineant e. Idem proximis concionibus inculcans: Volo itaque rursum de iuramentis vobis loqui, et erubesco autem. Mihi quidem graue non est ista vobis quae eadem vobis dicere: timeo autem ne postquam tot his multis diebus admonens, multum torporem vestrum damnabilem ostendam, qui in negotio tam facili, continua egeatis admonitione. Nec tamen erubesco, sed & timeo vobis. Continua namque doctrina adhaerentibus salutaris quidem & vtilis, torpentibus vero damnosa & periculosa: Etenim quanto quis saepius audierit, tanto maiorem vltionem attrahet, non faciens quae dicuntur. f Idem e-multibus penè aliis concionibus inculcat Chrysostomus.

a Chrys. to. 2. hom. 5. ad pop. Antioch. post medi.
b Ex hom. 25. circa p. 116.
c Idem eod. to. hom. 24. circa finem.
d Ex hom. 9. ad pop. Antioch. e Hom. 10. [illegible] f Hom. 11. circa fin.

§. II.

II. CApute falis: à Iuramentis ad periuria facillimè transiri, ficri etiam non posse, ut quis saepe iuret, & nunquam peieret. Per lanum Theologia, est mendacium vel falsum iuramento confirmare. Hic & Augustinus vo-ha capitalia tribuunt iuramenta grauissimè inculcans: Falsa iuratio improba est leue peccatum, imo tam magnum peccatum est falsum iurare, ut propter vitandam falsae iurationis Dominus prohibuerit omnem iurationem. Propinquus falsae iurationi, qui vel verum iurat. a Hoc ipsum affirmatiuè asserens: Homo,

loquitur, qui per consuetudinem iurandi paratè lingua in periurium prolabi, iure prohiberet iurare. Tanto enim longius erit à periurio, quanto erit longè à iurando. Nemo hominum est qui frequenter iurat, quin aliquando peieret. Certissimum est prisco tum verbum.

Qui saepe iurat, saepe oportet peieret. b

De quo idem Hipponensis Antistes: Et ecce dico charitati vestrae, ait, & qui per lapidem falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est per quod iurant, non se crimine periurii teneri. Prorsus periurus es, quia per id quod sanctum putas, falsum iuras. Sed ego illum sanctum non puto. Sanctum putat cui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras, sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem, sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem: sed punit te Deus fallentem. Vis ergo longè esse à periurio, iurare noli. Tuum in eandem sententiam Chrysostomus concedens? Nec enim, inquit, hoc solum habet mali iuramentum, quod & temeritatem & [illegible] iurantem poenae facit obnoxium, quod in nullo peccatorum alio accidere quispiam videt. Sed & aliud non minus illo malum. Quod autem hoc est? quod neque volentibus, neque studentibus saepius possibile est, haud iurare. Primo quippe continuè iurans & volens & ignorans, & sciens, & circa, & studio & ioco loquens, & ab ira saepè elatus, & à multis aliis omnino peierabit. Nemo est qui frequenter iuret, & non aliquando periuret. d Et eius rei velut causam assignans: Qui, inquit, iurare non dubitat, nec peierare timet, qui enim mentitur, veritatem in corde suo transgreditur: qui autem peierat, in verbis suis transit Deum. Qui in iurando non timet Dei praeceptum negligere, nec in periurando timebit. Quid ergo interest, inter Deum transire & veritatem transgredi, cum & ipsa veritas sit Deus? Haec sola est differentia: quia veritatem mentientes in corde transimus, periurantes autem, Deum in verbis. Nam verbo hominibus satisfacientes, confirmant à nomine Dei. Ipse Deus qui peierare vetuit, ipse & postea non iurare mandavit. Qui ergo in iurando non timet Dei praeceptum negligere, nec in periurando timebit. Multo difficilius est iurantem non peierare, quam omnino à iuramento abstinere. Vsque adeo est notum & manifestum, quod multum iurantem, & peiurum esse necessarium est. Impossibile enim, impossibile, os iurare assuefactum non continuè peierare. e Mellifluus Bernardus, illam Augustini & Chrysostomi sententiam omni calculo confirmans: Vis, inquit, ut dicam tibi qualiter nunquam peierabis? Nunquam iures: si non iuraveris, nunquam peierabis: si peierare times, nunquam iures. Prohibe etiam tibi iuramentum, tolle usum iurandi; periculosum est enim iurare; usus iurandi facit consuetudinem periurii, usus iurandi ducit hominem ad periculum. Sit in ore tuo, Est, est, in ore tuo, non est. Veritas non indiget iuramento. Fidelis sermo retinet locum sacramenti. f O si Deus timeretur, inquit Augustinus, ô si periurii praeceps lingua frenaretur, veritas pateret, iuratio tolleretur. g

a *Aug. tom. 10. serm. 10 in decollat. S. Ioan. Bapt. initio p. 438.*
b *Iamb. vetus.*
c *Aug. tom. de ser. Dom. fine & in psal. 88. ante med.*
d *Chrys. hom. 14. ad pop. post init. & hom. 12. in c. 5. Matth. ante med.*
e *Idem tom. 4. ep. ad Rom. c. 8. hom. 15. ante finem & hom. 14. ad pop. post init. & 28.*
f *Bern. de modo bene viv. serm. 32 de periurio.*
g *Aug. serm. 10 in decollat. S. Ioan. Bapt. fine.*

§. III.

III. CAput, non tantum non iurandum, sed nec iuramentum sine necessitate postulandum. Qui ad iurandum provocat alium, iuramentum exigit, quandoque gravissimè peccat. Dilucidè Augustinus: Si scit eum fecisse, inquit, uere fecisse, vidit fecisse, & cogit iurare, homicida est. Idem hoc acerbiori sententia repetens: Ille, inquit, qui hominem provocavit ad iurationem, & scit eum falsum esse iuraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imo duas animas, & eius quem iurare provocavit, & suam. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit, & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid invenisti? Imo & tu periisti, qui de illius morte

te satia-

ut satiare voluisti. a

Chrysostomus hoc ipsum sollicitè ac peramanter ingerit. b Ecce admoneo te, inquit, ne aliquando hominem iurare compellas. Nam tu, illi mas cum bene iurauerit, recede ab eo; & si scieris male iurauerit, magis recede ab eo, quia etsi ille bene iurauerit, in quantum ad conscientiam tuam periurij illius factus es causa. & Chrysostomum acrius melius explicauerit quam ipse Chrysostomus, qui tamen à se dicta hunc in modū exponit: c Quid tibi Christus de iuramentis dixerit, huiusce audiamus, & discamus. Quid igitur de iuramentis inquit? Ego autem dico vobis omnino non iurare. Tu vero legem iurare prohibentem contemnendo, iuramentum facis? O contumeliam, & insaniam! Idem enim facis, tanquam si quis legislatorem prohibentem sacrificare, ipsum [illegible] sibi iuratum esse iubeat. Non ita gemo & deploro, quosdam in eos ingulatos audiens, sicut gemo, & lacrymas profundo, & horresco, cum video quempiam prope mensam hanc venientem, & manus imponentem, & euangelijs iurantem audio. De pecunijs quaeso, dubitas, & animam occidis? quid tantum lucraris, quantum animam tuam & proximum laedis? Si enim certus sis quod verax sit homo, ne iuramenti necessitatem adducas: si vero noscis quod mentitur, ne peierare coge. Sed ut mihi satisfieret iurandum erat, inquis. Imo tunc sufficientem capies satisfactionem, cum iuramentum non feceris. Nunc autem domum regressus multam capis consolationem, agens Deo gratias, & dicens: Benedictus Deus, quoniam meipsum continui, neque adiuraui, sin illa, aut tamen pauca amisi, [illegible], ut hoc nobis maximè consolationem afferat, legem non praeteriisse, nec alterum coegisse, ut hoc faceret. Cogita propter quae non adiurasti, & hoc tibi sufficiat in [illegible] & consolationem.

Omnino non iurandum, sapienter docens Augustinus: Peierare, inquit, immane peccatum est, à quo nos longe esse volo, qui omnino ne iuretis, admoneo. d Idem Hilario scribit commendans: Iurationem, inquit, caue, quantum potes. Melius quippe nec verum iuratur, quam iurandi consuetudine & in periurium saepe caditur, & semper periurio propinquatur. Sed illi, quantum aliquos coram audias, quid sit iurare, prorsus ignorant: putant enim se tunc iurare quando in ore habent: Scit Deus, & Testis est Deus, & Testor Deum super animam meam. e His sese iurandi obligatione eximi, propter verborum [illegible] frequentant in iuram captionem. Quod Chrysostomus deplorans: Nescis, inquit, quid sit Deus, & quali cum timore [illegible] debeat. Porro quoniam de viro aliquo virtutibus praedito loquimur, dicimus: Laus os tuum, & sic nomen sit; nunc vero honorabile nomen, quod est nomen super omne nomen, quod admirabile in omni terra, quod daemones audientes contremiscunt, simpliciter dissoluimus, ô consuetudinem quae id fecit contemptissimum &c. Si simpliciter nominare Deum non temerè fas erat, hoc autem quod in testimonium vocatur, quanta audaciae est oro, quanta insaniae? quomodo enim non absurdum, seruum quidem non audere dominum nominare, & sine honoris praefatione appellare; Angelorum vero Dominum temerè & contemptim vbique iactare? Nunquid quoniam non punimur, putamus nos neque peccare? Ecce dico & testificor vobis, [illegible] iuramenta, eos autem qui non obtemperant, coram mihi indicate: nunc praesentibus vobis imperabo his qui ad ministerium segregati sunt domum orationis, & admonebo, & ostendam nulli iurare licere, imo neque aliter. Ad me igitur ducantur, quicunque fuerint, quoniam & haec oportet coram vobis agi, quasi praesentes essetis. f Rogo, nec in [illegible], nec alios ad iurandum impelle.

a *Aug. serm. 28. de verb. Apost. propriùs finem, & serm. 12 in decollat. S. Ioan. Bapt.*
b *Chrys. in c. 5 Matth. hom. 18.*
c *Chrys. hom. 15 ad pop. Ant.*
d *Aug. epist. 154 ad Publicolam, initio.*
e *Aug. epist. 89 ad Hilarium, fine.*
f *Chrys. hom. 9 in Acta Apost. proximè finem, & hom. 7 ad pop. Ant.*

§. IV.

IV. CAput, Ecce consuetudo iurandi, velut è fonte, mala scaturire comperies. Eidem, quos saepe laudaui, sanctissimi doctores testantur. Et Hipponensis quidem praesul Augustinus, de seipso candidè ac ingenuè: Iurauimus & nos, inquit, passim habuimus istam horribi-

horribi-

teterrimam consuetudinem & mortiferam. Dico charitati vestræ, ea quæ Deo fidenter concipimus, & quantum malum sit in periurio cognoscimus, timorem retinemus & vehementissimum, consuetudinem timore frenantes. Firmam consuetudinem restringitur, restricta languescit, languescens amoritur, & malæ consuetudini bona succedit. Grauissimum hoc malum est, sæpe iurando, in eam iurandi consuetudinem venire, quæ paulatim in mores transeat. Quod idcirco Augustinus deplorans: Sed tamen, inquit, aliud habet humana pessima consuetudo. Et qui sibi credi non [illegible], iurat, & cum nemo exigit, iurat; & horrentibus hominibus iurat, non tacet iurando, vix ipse saltem non periurando. Ergo, si diligenter attendas, quoties homo per totam diem, quoties se vulnerat, quoties gladio linguæ se ferit, & transfigit, quis in illa lingua innocens stabit? quia ergo graue peccatum est periurare, compendium tibi dedit Scriptura, Noli iurare.

Chrysostomus hæc sibi verè similis, hoc est, aureo eloquio orator, [illegible] iuramentorum damna persequitur: Satanæ laqueus est, inquit, iurare. Disrumpamus igitur laqueos, & facilè contra [illegible] custodiam constituamus, liberemur à laqueo satanæ. Vide enim quanta contemptis, siquidem hoc concesseris: Primum quia consuetudinem difficilem exsecraris. Deinde rationem malam, & vide cætera mala, nempe quod putatis nihil referre, & nihil nocere. Tertio futurum, Quarto auaritiam. Omnia enim hæc iuramentum parit. Audistis prophetam de iuramentis huiusmodi loquentem? Respexi oculis meis, & vidi, inquit. Quid tu vides? Et dixi: Video falcem volantem longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis cubitorum decem. Et ingredietur domum, inquit, iurantis nomine meo, & dissoluet eam in medio, & subuertet lapides & ligna. Quid itaque est dictum, & quali causa in specie falcis, iurantis sequens pœna videtur? Vt ostenderet ineuitabilem esse, & supplicium euitari non posse videat. Ensem enim volantem fortassis aliquis effugere potest: falcem autem in collum delapsam & pro funiculo factam, nemo fugere potest. Cum autem & alæ adsint, quam latebram relinquit spes? Qua vero causa lapides & ligna iurantis dissoluit? Vt etiam aliis correctio fiat. Postquam enim iustitiam mortuum terræ cōdi necesse est, domus dissoluta & ruina facta, prætereuntibus omnibus & commeantibus admonitio erit per aspectum, vt non eadem audeant, ne eadem patiantur, & accusatio erit mortui criminis continua. Non ita pungit vasa, sicut iuramenti plaga. Scribe super parietem domus tuæ, & super cogitatus tui parietem, falcem illam volantem, & hanc ad maledictionem volare puta: & continuè ipsam recogita, siue alium iurantem videas, cohibe, veta, & tuam quocumque [illegible] seruorum [illegible]. Idem Chrysostomus de Saulis regis iuramento disserens, et compendio plurima iuramentorum damna enumerat: Saul, inquit, ex vno iuramento plurima texuit periuria. Vides, & tyrannidem, & filicidium, & bellum ciuile, & pugnam, & iugulationes, & cruores, & innumera cadauera ex vno parente iuramento? Vides quot homines tam velociter, tam multos peremit [illegible], vnum fecit iuramentum quot mala molitum est, quot cædes patrauit? Cum hæc autem omnibus audistis Christi sententiam dicentem, quod non peierare tantum, verum & iurare quomodocunque, diabolicum est, & tota maligni machinatio. Audistis quod absque iuramenta sequuntur periuria. Hæc, inquam, omnia congregans, inscribe cordi tuo. Vtinam autem liceret frequenter iurantium animas excutere, & ipsorum oculis subiicere vulnera & cicatrices, quæ quotidie capiunt à iuramentis. Nec admonitionis aut consilij indigeremus: quoniam vulnerum aspectus omni sermone potentior, hanc improbam consuetudinem adagrescentes, à malitia abducere posset f.

Tandem Chrysostomus quia multos hac in re cessatores aut refractarios repertum est, [illegible], & è suggestu omnibus edicit publica voce: quicunque iam posita [illegible] iuramentis non abstinent, templo exclusos se fore, templi limina non amplius contingerent, qua nulla scelestam iurandi consuetudinem prius [illegible]. Et hæc Chrysostomi verba sunt: Quoniam sic clamantes, insonamus in aures vestras. Quicunque, nullus est, &c. Propterea magna & clara voce prædico vobis ac testificor, ita vt non qui sic prævaricantur, quique ea quæ à maligno sunt, loquuntur, hoc est

extra

enim iuramentum, in limina ecclesiastica ascendant. Prædicamus autem vobis & monitis præsentem, vt hæc corrigamini. Ne enim mihi dicatis: quod me negotiorum vrget necessitas, quia fidem non inuenio. Iam remoue tibi illos qui ex consuetudine iurant. Scio quod multi non talem sunt. Atque melius est nos nunc videri, quam olim deplorari. Et hoc ipsum, quo id melius ab omnibus caperetur, repetiit: Si quis, inquit, noluerit hoc præceptum perficere, quemadmodum tuba quadam per verbum pronuntio, abstineat à liminibus ecclesiasticis illis, siue princeps sit, siue alius dignitate cinctus.

a August. to. 10. serm. 28. de verb. Apost. post med.

b Idem ser. med.

c Vulgata lectio habet, Volumen volans.

d Zachar. c. 5. v. 1. 3. & 4.

e Chrysost. homil. 11 in Acta, fine & homil. 14. in eadem fine, & homil. 15. ad popul. post med. hom. 9. ad pop. fine. hom. 14. ad pop. post med. & fine, hom. 19. ad pop. fine.

f Chrys. praecitatis locis citatis.

g Chrys. hom. 8. in Acta, circa fin.

§. V.

V CApere, Iurandi consuetudinem facile posse corrigi, Chrysostomus & sæpe & aperte ingerens: Malam, inquit iurandi consuetudinem ab ore nostro auferamus, firmam imponamus linguæ. Nullo hic sumptu opus, nullus labor exigitur, non indiget magno tempore mora exercitatio. Sufficit velle, & totum factum est. Res enim hæc à consuetudine pendet. Etiam oro & obsecro, studeamus ab ea abstinere. Quam autem negligentia multorum bonos hos conatus eludat, explicans: Contingit autem sæpius contrarium, inquit, eos qui semel bene aliquid fecerint, in eadem peccata rursus iterum relabi, ita vt inde quasi impossibile esse quidem opus consistimus, vt si ponamus nobis ipsis legem non iurandi. Votorum exercemus, ad dies tres, quatuor, post hoc necessitate quadam vrgente, collectum lucrum totum dispergimus, ac iacimus. Deinde in tantam peruenimus segnitiem ac desperationem, ita vt non libeat eadem rursus attingere &c. Verum non oportet negligentiæ agere omnia sic, sed iterum laborem aggredi. Quando quod nesciit iurare, statim etiam Deum in precibus inuocans conciliabit, & grauiore plagâ diabolum percutiet. Os quod iurare nesciit, neque conuiciandi assuescendi consuetudinem habebit. Nam quemadmodum ex ostio quodam, sic à linguâ hunc ignem eiice, & foras trahe.

Augustinus ad vincendam iurandi consuetudinem grauissimè hortatur. Laborare debetis, & contigere, ait, aduersus consuetudinem vestram malam, malam, malam, & valde malam; & tollere iurationem de oribus vestris. Cauete à falsâ iuratione, cauete à temerariâ iuratione. Ab his duobus malis securissimè cauebitis, si consuetudinem iurandi à vobis abstuleritis.

Atque vt etiam verba ad fe... suo eos exemplo cohortatur: Scio, inquit graue esse consuetudinem vestram, sed & graue fuit consuetudinem nostram. Timendo Deum, abstulimus iurationem de ore nostro. Ecce vobiscum viuimus. Qui nos nouerunt aliquando iurantes, Neque iam non consueueram quotidie iurare. At vbi legi, & timui, luctatus sum contra consuetudinem meam, in ipsa luctatione inuocaui Dominum adiutorem. Præstitit mihi Dominus adiutorium non iurandi. Nihil mihi facilius est, quam non iurare. Hoc ideo admoneo charitatem vestram, ne dicatis: Quis potest?

Bernardus iuramento vinci non apprehendo, docens: Sicut, ait, mentiri non potest, qui non loquitur; sic peierare non poterit, qui iurare non appetit. Quacumque arte verborum quisque iuret, Deus tamen qui est testis conscientiæ, hoc ita accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. Chrysostomus quo magis suos animaret ad victoriam vitij, sic inferebat: Quid bonum, inquit, in iuramentis quæso prætendere possumus? quam difficultatem? quem sudorem? quam moram? quod periculum exiguo tantum studio nobis est opus, & bene nobis totum expeditum fuerit. Nec tibi dicas, multotum expediui sed nihil totum emendaui, neuidere te quidquam fecisse putas. Hoc enim exiguum negligentia, & omne reliquum destruit. Sæpius namque domos ædificantes homines, & tectum imponentes, vnius tegulæ excessu totam non geminæ iactam domum perdiderunt. Nobis itaque

quoti-

quotidianis ponamus leges. Interim à faci-lioribus exordiamur, ab eo nostro iurandi frequentiā amputemus, linguæ frenū ponamus. Dei enim est, ariete. Non est hic impendiū, non est hic labor: non est hic temporis exercitatio: sufficit velle, & totū factum est, consuetudinis enim opus est. Precor & supplico, studiū hoc impendamus f. Ergo Satanica hæc iurādi cō-suetudo, vti antea oratis loquitur, superari non difficulter potest, modo eam velimus su-perare. Eadē caussa hoc ipsum diuersis con-cionibus retractans: Quis tandem, inquit, quæ-so te, labor est fugere iuramentū? numquid pe-cuniarum opus est impensa, numquid arumnas ac sudore perficitur? tantummodò velle suf-ficit, & totū quod iubetur impletum est &c. Cū igitur istud corrigere nequeris, etū semel, etū iterum legem cōsuetudine fallente fueris transgressus, ne tunc quidem animo despe-res, sed rursum resurge, atque eodēmque stu-dium sollicitus apprehende, & absque vlla prorsus ambiguitate superabis.

Vt autem Chrysostomus pectori alte infi-geret impar hominum & Angelorum studium in diuini nominis cultu, quamque facile se cura & studio hoc vitium debellare: Sera-phim, inquit, stabant circa ipsum, & clama-bant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sāctus Dominus Deus Sabaoth: ple-na omnis terra gloria eius. Vidistī cū quanto timore, quāto horrore nominant eum glorifi-cantes & laudātes? Tu vero in precibus quidē & supplicationibus, cum multo ipsum inuo-cas torpore, quando horrescere oportebat, varia quædam, & alia super alia connectis iuramenta, & qualis venia, quę vero nobis erit excusatio, etū nullus consuetudinem ab-iiciamus? Dicitur quod quidam concionatorum oratorum præ quadam stulta consuetudine, dexterum crebro humerum continue moue-bat, sed tamen consuetudinem vicit, & gla-dios acutos vtrimque humeris imposuit, vt vulneris timore, membrorum ineptē se motus cohiberet: Hoc & tu linguæ facias, & ipsi pro gladio, diuinæ pœnæ timorem impone, & omnino superabis. Impossibile enim, im-possibile inquam est, meditantes & studentes, & opus hoc facientes, vtique superari. h Ergo abunde satis demonstratum est, iurandi pessimam consuetudinem à nemine non supe-rari posse. Sequitur, quibus ea modis supe-rari possit. De quo, capite proximo age-mus, vna etiam diuersis obiectionibus respon-suri.

a Chrysost. hom eadem 8. in Apostolorum Acta. & homilia vndecima in Acta, propius fi-nem.
b Aug. serm. 11. de decollat. S. Ioan. Bapt. med. & fine.
c August. serm. 10. de decoll. Ioannis Baptistæ fine.
d Bern. de modo bene viu. serm. 32. de periu-rio.
e Chrysostom. hom. 19. ad populum proxime fi-nem.
f Hom. 26. ad pop. initio.
g Idem tom. 2. in caput 5. Matth. hom. 27. fine.
h Idem to. 5. hom. 7. ad pop. fine.

CAPVT XXX.

Quibus obiectionibus Iuramenta soleant ex-cusari, & quibus modis ea extirpari possint.

VTi linguæ sunt quæ cano more, sordi-bus vnicè gaudent, ita sunt linguæ, quas diabolus nunquam non polluit. Hæ non decimam tantum, sed vel tertiam sermonum partem condecorant cacodæmoni, idololatris peiores. Basilius Magnus: Illud Clinię, in-quit, viri è secta Pythagorea philosophi dif-ficile est credere, quod cala non de industria nostros imitatur. Nam ille, cum per iurand-um mulctam trium talentorum à lecere vi-tare, iniuriam pati maluit quam iurare. Pri-scis Romanis lex erat, vt qui per Ianum iu-rasset, morte plecteretur, nisi id fecisset sena-tu permittente. Pudeat Christiani sanguinis hominem in natura legem tam turpiter delin-quere, & vina auctoritati totius ore temerario incessere.

Suidas teste adeo parcebant prisci Dijs suis, vt, ne per eos temere iurarent, sæpe dicerent: Per hanc ingulam pelliculam meam. Per aridam hanc arborem. Hæc fores testor. Per hunc gla-dium. Per hoc sceptrum. Per ossum hoc meum iuro.

Iapones, quod multa ratione faciant, iu-

ramentis plurimum aversantur b. Plato, è rationis eiusdem dictamine, graviter reprehendit iurantes. Non enim tantum peierandi periculo proximi sunt, qui crebro iurant, sed insuper tam sibi quam aliis incommodant: sibi quidem, quos mendaces & indignos quibus credatur, nisi teste Deo, significant: aliis autem, quos vel ait Hieronymus suspiciosos & incredulos indicant. Profectò nemini minus creditur, quam crebro iuranti, qui cum prisco poeta fateri de se cogitur,

Iurare aut falsum iurare par' habeo.c

Sanctioris vitæ hominibus, qui non facilè unquam iurant, priscum illud convenit:

Sic maneat, nunquam qui iurat, creditur. d Gregorius Nazianzenus, etiam vero se adstrinxit, coniuiam iuratorum, quod laudabili constantia ad ipsam usque tumbam servavit. Leontius Annales qui res gestas Alexandrini Patriarchæ Ioannis, quem Eleemosynarium vocant, complexit, ipso narrationis exordio: Primum, inquit & præcipuum eius bonum fuit, quoniam omnimodo non iuravit, quoniam Christus sic præcepit: Sit sermo vester est, est, non, non; quod autem his abundantius est, à malo est.

Comes Ariani Elearius, non tantum ipse non iuravit, sed nec in ullo suorum famulorum iurandi licentiam vel minimam tulit. In eos qui vel iurassent, vel alteri male precati fuissent, hæc fuit decreta pœna: Diem unam carcere includi, aut prandio cenare privari, aut coram aliis humi sedentem, pane solo & hydria cenare. Si quis restitisset alium sibi dominum quærere iubebatur. Hac ratione famulos ad Linguam pertinentem reddidit. Sed sunt hic quæ obiiciantur, iuratibus & maximis his iuramentis defendendis, ad quæ singula ordine respondebimus.

a *Sunt mille allianses philippi.*
b *Magnus l. 12. aq. fed.*
c *Anson. Edyll.*
d *Trcob. vet.*

§. I.

PRimum est quod iuramentis videatur patrocinari Consuetudo ipsa. Utrique, aiunt, tam fuerit non punict Deus, hoc ores bona mi errores; sic assuefecimus. His Chrysostomus satis acrum propinat. Ne mihi tam aliquis, inquit, consuetudinem prætendat: propter hoc enim indignor & irascor, quoniam consuetudinem (etiam) vincere non possemus. Et nisi consuetudinem vincamus quomodo concupiscentiam vincemus, quæ radix habet à natura principium? Concupiscere enim naturale, male vero concupiscere iam est voluntatis. Iurare nempe nec cœpit à voluntate principium, sed ex negligentia sola. Et ut discas, quòd non ex rei difficultate, sed propter neglectum nostrum in tantum hoc peccatum processit, cogitemus, quod multo his difficiliora expediunt homines, & hoc nullam inde retributionem expectantes. Cogitemus quæ diabolus imperavit, quam laboriosa, quam gravia Nec difficultas fuit eius mandatis impedimentum. a Atque hoc variis exemplis firmat Chrysostomus. Enarrabis qui Scurrobaticam faciunt, & funibus currunt, ea discit à pueros, quæ nos incredibilia credimus: loquunt & priscis oratoribus qui balbutientem aut claudicantem linguam: sed & alia naturæ vitia, vigili meditatione correxerunt. Considera, inquit hic etiam, quemadmodum gentilium blæsi aliqui quarundam syllabarum non bene exprimentes sonum, ostendentes sæpe linguam longâ meditatione limaverunt. b Postquam enim per scripturas vobis non potest persuaderi, ab externis monere vos cogor: Cogitate gentilium philosophos, & tunc scietis quanto sitis digni supplicio despicientes divinas leges, cum illi quidem pro humana honestate infinitè laboraverint, vos vero neque pro cælesti regno studium adhibetis. c

Augustinus, idem cum Chrysostomo urget in hunc modum: Sed consuetudo est, solet dici. Solet dici, quando non dico, Hoc est, ante omnia. Quid est, ante omnia? Præ ceteris causis esto, plus ad hoc intentus esto, quam ad alia. Maior consuetudo maiorem intentionem flagitat, non ut levis consuetudo. d

Alterum quod hic obiiciunt illud est: Cur Deus homines vetet iurare, cur ipse iurat? Hic disertissimè Augustinus respondet: Cum ergo Dominus iurat, quare Dominus Christus suos iurare prohibeat: Dico, quare &c. Dominus qui prohibuit iurare, supra ripam te nolait ambulare, ne per tuam angu-

fio fallatur & cadat. Sed Dominus iuravit, inquis. Securius iurat qui errare non potest. Non te moveat quia Dominus iuravit: quia fortè non debet iurare nisi Dominus. Tu enim quando iuras, quid facias? Testem Deum adhibes. Tu ipsum, ipse seipsum. Sed homo quia in multis fallitur, plerumque adhibet testem veritatem ad suam falsitatem. Aliquando & nolens homo periurat, cum verum putat esse quod iurat. Non est quidem tantum peccatum, quantum si sciens quod iurat esse falsum, & tamen iurat. Quanto melior, & à peccato isto gravi longè fit, qui audit Dominum Christum, & non iurat. Sed nonnemo obiicit: Tamen alij quoque viri probi atque intelligentes iurant. Chrysostomus tanquam eiusdem tecum animi, protestes idem causantur, hoc modo: Sed ille, inquis, iurat homo, qui missus est, & cui est sacerdotium commendatum, & qui in multa castitate & continentia conversatur. Nolo mihi hunc sanctum, hunc mitem, hunc pudicum, hunc proferas sacerdotem: sed si Petrum mihi, si Paulum, si de cælo angelum narres, nec sic quidem personarum dignitatem timebo. Etenim, si Christum hoc mandasse poteris approbare, aut quia hoc Christus non posuit, acquiesce. Sed si cum tanta provisione hoc fieri prohibet, ut iuramentum maligno sociaret (nam, superfluum, inquit, horum diaboli est) quid mihi alium atque alium commemoras, quid aliquorum nomina facis? Non enim ex servorum negligentia, sed ex suis præceptionibus, sortem tibi Deus attribuit. Non enim ad conservos nobis, sed ad dominum ratio est. Nam & Magnus ille David peccavit, & grande peccatum. Quid ergo? Ideo nobis sine periculo peccare conceditur? Non. Nam hac de causa cavere debemus, & facta fortia imitari sanctorum. Et si aliqua negligentia legis præcepta violata sunt, cum omni festinatione transire nos convenit. Nam licet magnus & admirabilis ille sit, qui hanc legem respuit, pœnam sine dubio calcatæ huius præceptionis exsolvet. Non enim est Deus personarum acceptor. c

a Chrys. hom. 7. ad pop. Antioch.

b Idem tom. 2. in cap. 5. Matthæi hom. 18. fine.

c Chrysost. tom. 2 in c. 5. Matth. hom. 18. fine.

d Augustinus serm. 28. de verbis Beati Iacobi.

e Chrysost. tom. 5 hom. ad Neophytos.

§. 11.

Tertio solet obiici: In hoc iam rerum statu est, ut nisi quis iuret, nemo credat tam iurando affirmanti. Imò, mi homo, iniurato credis sæpe iuranti. Quoquo te vertas, quicquid consideres, Constantinopolitanus orator occurrit. Audi hæc Chrysostomum pro me loquentem fido, qui & illud prævidebat: Hunc inquit, ex anima morbum pellamus, interim ex foro, ex tabernis, & reliquis officinis, & maior erit vobis quæstus. Ne cogitetis, vos per dissimulatam legum prævaricationem vitam necessaria comparare. At iniquies, non credit. Nam & hoc interdum à nonnullis audivi, Nisi mille iuramenta fecero, non credit. Tu ei horum causa qui facilè iuras: quoniam si id non faceres, sed omnibus constaret, quod non iurares, mihi crede dicenti, quod his qui mille dederunt iuramenta, maiorem ipse fidem solo nutu invenires. e

Quarto obiicit quis: Maiorem partem iam emendavi consuetudinem iurandi. Nisi totam emendasti, exigit Chrysostomus, nondum quidquam te fecisse puta. Scissura vestis, quantumvis parva, si non quàm primum sarciatur, mox dilatatur: ita nullos in virtute perfectos capiet, qui diabolo fenestram illam non obstruxerit. Divus Ludovicus Rex Galliarum, iurandi consuetudinem extremè perosus, sæpius dicere solitus: Libens omnino vel candentis ferri ustionem recipiam, modo iuramenta regni mei funditus sic possim proscribere. f Non minus aversatus est iuramenta Marcellus II. Summus Pontifex, qui ubi ad id fastigium evectus esset à purpuratis Patribus rogatus est, Lecticarijs de more subscriberet in quibus iuramento obligaretur, purpurati senatus numerum, ultra quàm præstitutum est, non augendum. Marcellus non tantum, esse iusiurandi necessitatem causa, recusavit quod postulabatur, & : Reinquit, hoc præstiturus sum, verbis nolim. g Prisci monebant:

Iurare noli, causa nisi sit levis. d

Quinto solent opponere: Non gravibus, aiunt,

alent: iuramentis vtimur, & iis, & iuramentorum nostra plerumque leuia sunt. Vt scias, mi Christiane, hic etiam leuissima quoque admirandi sunt ponderis. Imo hæc ipsa oris & animi leuitas delicti grauitatem auget. Chrysostomus hic iterum perutilibus accurrit: Hoc peccatum, inquit, valdè crudele est, nec adeo valdè crudele putatur: & hac de caussa illud timeo, quia nullus illud pertimescit, sed sicut simplex sermo prolatus reatum non videtur afferre &c. Et si quis increpauerit, risus mouet, iocos nauseare putatur. Funditus hoc amputare festino, & mali temporis malam radicem euellere cupio, non tantum periuria, sed ipsas quoque iurationes. Verbum verus & verè est: *Iurare consuetum ob leuia, periurium est.*

Zacharias autem authoritate diuina præmonuit: Omnis fur, inquit, sicut ibi scriptum est, iudicabitur & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. *f* Nostri qui theologus cum fide veritatis docet, mendacium etiam leuissimum iureiurando confirmatum, delictum esse letale, graui iniuria Deum afficitur, cum in testem vocatur mendacij. *g* Mihi istam vox impia sonat & sibi Orcum infligendus: *Sane tantum per Deum ligneum.* Hoc enim est [illegible] purgare nosa. Hanc temeritatem linguæ petulantiam Deus quandoque grauissimè punit. Isaias proclamat: *Audite hæc &c.* qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini, non in veritate, neque in iustitia *h*

Augustinus rem mirum commemorat: Aliquid dicam, inquit, quod nunquam dixi charitati vestræ in hoc populo, quod contigit in hac Ecclesia. Erat hic homo quidam simplex, innocens, fidelis, vobis omnibus notissimus, quis enim ciuium Tutusymenum non nouit Abillo audiui quod dico. Nescio quis negauit illi, quod omni iure reddendum fuisset. Commotus homo audacia tam improba coegit iuramentum. Iurauit ille, ille perdidit, sed illo perdente, ille penitus periit. Dicebat ergo Tutusymenus, ea ipsa nocte pertractum se magno impetu ad tribunal iudicis, viri admirabilis, in sublimi sedentis, interrogatum esse, hic sic interrogatum: Quare prouocasti hominem ad iurationem, quem sciebas falsum esse iuraturum? Respondit ille: Negauit mihi rem meam. At responsum est: Nonne melius fuisset, vt tu etiam perderes pecuniam, quàm illius perderes animam? Ita homo prostratus cædi iussus est. Iam flagellatio dictum est: Pariter humectatus vtat, de cetero caue hoc facias. Cæsus est autem tam grauiter, ut in euigilantis dorso vestigia plagarum extiterint. Subiungit hic Augustinus. Ecce quidem ille magnum peccatum, & emendatus est. Sed multo grauius peccatum facit, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionem, & exhortationem tale quid fecerit. Cauete à falsa iuratione, cauete à temeraria iuratione. Ab his duobus malis securissimè cauebitis, si consuetudinem iurandi à vobis abstuleritis.*i*

Beatus abbas Auxentius singulari gratia pollebat in restituenda ægrotis valetudine. Ab hoc Antistite duo viri fœdissima lepra deformati supplices petebant. His Auxentius vultu & verbis ad beneuolentiam compositis: Scitote, inquit, mei fratres, diuinam iram non alia de caussa in vos sæuiisse, quam quod cum assiduis iuramentis & maledictis peccastis. Hæc sunt æquissima Dei iudicia: tam horrenda vitia eluentes, tam iusta vindicta spiritibus ponitur. Sed agnoscite vos reos, & desistite hæc vitia. Demum oleo sacro perunctos, à se incolumes dimisit. *k* Adeo verissimè olim est dictum:

Lingua quidem res pusilla, maximè at parens mali est.

Pelorat, iurare consuetum quisquis audet ob leuia. l

Hic demum complures interrogant: Qua igitur ratione, quibus denique modis vulgatissima hæc iurandi consuetudo emendanda est? Qua minor medicinæ vis sit, eo remedijs vtendum probatissimis diuersis, sed non multa dicemus.

a *Hom. 17. ad pop. Ant.*
b *Audiant hæc qui vel gestas Ludouici conscripsit Ioinuilius c. 83.*
c *Onuphrius Panuin. in Marcel.*
d *Vit. Lamb.*
e *Chrys. hom. 5. ad baptizand. Ant.*
f *Zach. c. 5. v. 3.*
g *Azorius l. 3. moral. instit. c. 27.*
h *Isa. 58. v. 1.*
i *Aug. serm. 28 de decoll. S. Ioan. Bapt.*
k *Lippelous 14. Febr.*
l *Pet. crinit.*

§. III.

PRimum ex ore Chrysostomi; Consortes, monitores, reprehensores in se aut alios constituere. Hac de re Chrysostomus amplissime disserit. Quo igitur modo, inquit, quove subsidio, hoc poterimus declinare peccatum? Non enim solum conuenit crimen crudele monstrare, sed potius criminis vitione liberari, est tibi coniux, sunt filij, est amicus, est famulus, est vicinus, est sanguinis cognatione sociatus: festina omnibus huius legis praecepta intimare. Sed, inquit, dura res consuetudo, & quae facile mutari non possit, & quae nos nonnunquam & inuitos vallat, & nolentes committere cogit illicita. Igitur tanto te huius mali citius liberare festina, quanto consuetudinis vim necessitatemque cognoscis, & ad aliam consuetudinem migrare propera. Nam sicut te praua consuetudo possidet, ita, poterit melior obtinere, vt & volentem te iurisiurandi lapsibus non permittat euinci. Nam certa multum consuetudo praeualet, & intra difficili immutare naturam. Vt igitur non assidue doleamus, ad aliam consuetudinem demigremus, & ab omnibus tibi singulisque coniunctis hoc postula, hoc pete beneficium, vt te iurantem arguant, et confundant. Nam cum te afficient sua confusione auditores, & sibimet similia largientur. Nam qui alterum, ne iuret, arguit, nec facile se praecipitare patietur in periurium a.

Alterum: Consortes, monitores, reprehensores, etiam non vocatos admittere. Quis est qui pallium inuersum induat, & non fallitur vel ab infante, vel a fatuo moneri? Quandoque etiam aliter est oppositum locutus. Anno millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Vlyssipone catechesis in platea publica docebatur. Ab his Christianae doctrinae rudimentis adeo profecit puer, vt cum hominem adultum procaciter iurantem audiret, in genua procubuerit, & feruidis precibus obsecrarit, non ita iuraret, neque enim tam leue, quam putaretur, esse peccatum. Erubuit ad has preces vir grandaeuus, & : Quis vocaris, inquit, quinam tui sunt parentes? Tacuit puer & abijt. Non tu, ait vir ille, puer es, sed Angelus Dei, emendabo me. Dictum addendare.

Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Dixisse paedagogus schedam a suo discipulo scriptam reperit, legit, ignarus peccata in ea connotarat: inter caetera & hoc praescriptum erat: *Paedagogum meum tenere iurantem non correxi.* Ea res sic hominem admonuit mouitque, vt omnem iurandi consuetudinem generose in se expugnarit. Nonnunquam etiam ex ore infantium & lactentium laudem suam Deus perficit b.

Tertium, Certum emendationis tempus sibi praefigere. Istud etiam Chrysostomus suadens: Vt igitur, inquit, hoc crimine liberemur, inuicem admoneamus, insuper tempus constituamus, & tempus dicimus decem dies. Vos lentibus enim & vigilantibus, & his sufficiunt, dies, quo penitus hoc criminis consuetudine liberemur: & post decem dies nihilominus si illaqueati reperiamur, poenam nobis constituamus. Si vero post hunc dicas quod est difficile consuetudinem fallere vehementer quoque studeamus: hoc fateor quidem & ego. Verumtamen & illud cum hoc pariter dico quod sicut est facile decipi, sic & facile corrigi. Si namque domi nostros vbique custodes constituas, puta seruum, vxorem, amicos, ab omnibus facile compulsus atque coactus, a mala recedes consuetudine. Et si decem tantum diebus id obseruaueris, non iam amplius reliquo tempore indigebis, sed cum fiducia totum erit tibi repositum, pulcherrimae consuetudinis firmitate vtilissime radicatum. Cum igitur hoc corrigere coeperis, siue semel, siue secundo, siue tertio, siue vigesimo legem transcenderis, ne desperes, sed iterum surge, & studium tuum resume, & omnino victor eris c.

Idcirco post decem dies conatu tam laudabili exactos, alij decem dies praefiniendi, post hos iterum alij atque alij destinandi, quibus victoria de iurandi consuetudine reportetur. Neque hic vnquam desperandum. Conatus & industria possunt omnia.

Quartum, assidue diuinam in iurantem vindictam metuere. Deum sedentem & patientem omnia, vbique timere. Ad salubriorem hunc timorem conciliandum, Chrysostomus non ignota suis narrando, sic argumentatur. Ciuitatis balnea tecta obdormiuit, & lauari iussit tenuiter, & legem transgredi est valde tremendo, aut falsum iurasse, aut consuetudinem

grauem-

peruadere? verum & qui sæpe sunt in ægritudine, & viri, & mulieres, & pueri, & senes, & multæ partes doloribus ... absolutæ mulieres, & omnes necessario tale remedium potentes velint nolint mandatum hoc sufferant, & neque morbum corporis, neque consuetudinis tyrannidem, neque aliis peccatibus se parem. nec aliud aliam quidquam prætendunt. sed hanc modo grauè exceperunt edictionem, quia maiora expectabant mala, & quotidie peccantes hactenus regium senserint asserere. Vides, quod vbi est timor, facilè soluitur consuetudo, etiam valdè diuturna sit & necessaria. Atqui non leuem grauat: Non iurare verò, valdè facile, & nullum affert detrimentum, non corporibus, non animis, sed etiam multum emolumenti, magnam vtilitatem, multam opulentiam. Quomodo igitur non absurdum rege iubente vel difficillima sustinere: Deo verò iubente id quod neque graue sit, neque difficile, verum perquam facile & commodum, contemnere & deridere, & consuetudinem prætendere? Non exhorreo, nisi tantum salutem nostram contemnamus, sed timeamus Deum, sicut hominem timemus d.

Quisquis igitur iuramentis assuetus es, si hominem times qui sicam extollit, vulnera minatur, cur Deum non times qui gehennam proponit, & supplicia intentat sempiterna?

Quintum, quod optimum videtur. Sibi ipsi mulctam dicere; certam stipem egenis seponere, gulæ aliquid cibi potusue subtrahere, prolixiores preces augere &c. Easque pœnas à se toties repetere, quoties quidem repetitur culpa. Nam & hoc Chrysostomi consilium est. Vis, inquit, discere, quomodo vitium hoc superari possit? quomodo ab improba consuetudine liberari liceat? Ego te quendam docebo modum, quem si tenueris superabis omnino. Cum videris teipsum, vel alium quempiam, vel seruum, vel filiorum, vel vxorem hoc malo captos, & continuè commonefactos, neque correctos, iube non pransos cubare, & hanc tibique & illis damnationem impone. damnationem non damnum sed lucrum ferentem: Talia enim sunt spiritualia, & lucrum ferunt, & celerem correctionem. Lingua enim continuo tribulata, vel animo commonere sufficientem capit admonitionem, à siti compressa, à fame angustiata, nisi omnino essemus stolidissimi, tam die horas tormentis magnitudine commoniti, alterius consilij & admonitionis non indigebimus e. Nobis itaque ipsi quotidianas ponamus leges. Nobilissimaque supplicij genus est à seipso pœnas expetere.

Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, ad tollendum hoc prorsus & inutile iusiurandum, multæ toto Catalauniæ principatu institutæ sunt sodalitates, sub Augustissimi nominis Iesv tutela. In has adscribebantur ea lege sodales, vt certâ sibi irrogata mulctâ, à temeraria iurandi consuetudine temperarent. Successu optatissimo salutare hoc institutum latè propagatum est. Igitur octo ipsos Catalauniæ episcopatus nominis Iesv sodalitia mirâ fœcunditate in suas leges materiâ, tetque eo deuenit, vt pueri quoque inter se pulchro certamine pœnas reposcerent: ac si cui, fortè verbum excidisset per vias publicas ..., is cum è vestigio facto impetu, non prius dimitterent, quam pœnæ loco in genua procumbentem figere osculum solo cogerent f.

Etiam in Bauaria, contra diuini nominis abusum sodalitas viget, plurimum laudanda, cuius origo, leges, preces, priuilegia Monachij typis excusa, Anno millesimo sexcentesimo, vicesimo sexto.

Hanc omnem de improba iurandi consuetudine dissertationem cum Chrysostomo & Augustino finio. Chrysostomus non periurij tantum sed iuramentorum ... omnium capitalissimus hostis, quæ dixerat, in compendium confert hoc modo: Deus dixit, Ne iuramenta. Noli causas à me amplius requirere. Lex est regia; qui ... ipsam, & ipsius rationem nosti, nisi fuisset vtile, non prohibuisset g. Addit sed continuè alias: Deus iuramenta fugere iussit, & dicis: Non possumus fugere iuramenta. Secus hic dies est quod de hoc vos præcepto admoneo &c. Non amplius vobis erit excusatio, neque venia, maximè cum etiamsi à nobis dictum fuisset nihil, à vobis ipsis hoc corrigi debuerit h. Et vt oculis coram, non solis auribus hanc ipsam institutionem infigeret, auditores suos obnixè rogauit: Ioannis (Baptistæ) caput abscissum adhuc calido cruore distillans ..., sic domum quisque suâ

credatis,

coloratis, & pervolis, ante oculos habent ipsam vocem [illegible] & dicentem: Omnibus [illegible] meam, Iuramentum &c. Hoc [illegible] & nunc petit & [illegible] non [illegible] stam, vt quaecunque [illegible] hos [illegible] caput [illegible], & [illegible] clamant ostendatur, & iuramenta vituperent. Quoniam [illegible], que valde [illegible] & negligentiae capitis illius oculos [illegible], terribilem vos respicientem & minantem [illegible], firma omni vehementia per timorem [illegible] [illegible], cohibere & [illegible] facile poteritis linguam [illegible] praecipitio i. Augustinus [illegible] optimam nobis epilogum. Istam, ergo, inquit, quotidianam, [illegible], sine causa, nullo [illegible], nullo [illegible] verbis [illegible], [illegible] consuetudinem [illegible] a vobis, [illegible] a lingua vestra, [illegible] ab ore vestro. Magno bono abundabitis, si tam magno malo carebitis. k

a Chrys. hom. ad baptizand. tom. 5.
b Psal. 8. v. 2.
c Chrys. hom. ad baptizand. [illegible] post init.
d Idem hom. 1 [illegible] paulo ante fin.
e Idem hom. 5. ante finem.
f Historia [illegible] tom. [illegible] l. 14. n. 72.
g Chrys. hom. 14. ad pop. de seditione.
h Hom. 8. ad pop.
i Hom. 14. ad pop. post init.
k Aug. serm. 28. de verbis Apost. ad finem.

CAPVT XXXI.

Quod linguarum donum sit, & qua omnium Lingua sanctissima?

NOBILISSIMVS e porticu philosophus Diogenes, cum prolixum volumen recitaretur, eoque vt permitteret, vt iam finem eius [illegible]: Bene habet, amici, ait, terram video. Nos primum Alphabeti partem de lectione ad finem; & iam terram videmus. De linguae vitiis hoc vsque [illegible]; neque [illegible] pro [illegible], & [illegible] plurima [illegible], nunc [illegible] [illegible]. Facilis [illegible] venia concedetur, qui nausicat [illegible]. Neque nos [illegible] veniam ei dabimus, qui in tam bono [illegible] [illegible]. Tot iam dissertationibus nihil nisi mera linguae vitia, & [illegible] [illegible] in conspectu posuimus, vt fortassis [illegible] dixerit: Date mihi [illegible], [illegible] tot [illegible] linguarum [illegible]. Vt hoc fastidium [illegible], placuit dissertationem instituere non de villa linguae vitio, sed de dono. Hac [illegible] interposita, ad alteram de linguae vitiis partem progrediemur. Nunc vero prima instituimus. Quidnam linguarum donum sit, & quae demum sanctissima omnium dicenda lingua.

§. I.

EA est humanae mentis caecitas, vt quae probanda improbet, quae improbanda probet, & ea quae admiratione digna, negligat, quae negligenda suspiciat, & quaedam aeque non aeque admiretur. Cui nostrum mirum foret spectaculum [illegible] ad vitam a monumento [illegible] plane oculi [illegible], sensus omnes [illegible], homo extra hominem abiret. Et cur [illegible] [illegible] huic propemodum [illegible] miraculum solis, qui quotidie quasi [illegible], & [illegible]. [illegible] tibi [illegible], picam [illegible], & [illegible] [illegible] eius genus [illegible], [illegible] verba, doce [illegible] voces, & articulatos sonos fundere [illegible], [illegible] quam non ciebit ad se [illegible], quos ad se non [illegible], qui [illegible] illius [illegible] prona capient aure, [illegible]. [illegible] mortales, contra oportuit. Quaerite in vobis quod quaeritis extra vos. Placeat illa avicula nobis formans verba, & non placeat potius [illegible], quae sine [illegible] ex ore docemur. Recte omnino & sapienter Anacharsis [illegible] ad [illegible] quendam qui [illegible] [illegible] [illegible], aspernatus est, &: [illegible], inquit, [illegible] saepe audiui. Non plus facimus [illegible] & [illegible] acquisita, quam vera. Stulte profas. An non miraculum est, aviculam loqui, & non est hominem loqui? Nihil novi, inquies, hominem loqui; imo potius [illegible], hominem non loqui. Ne turba, Lector, neue confunde quae dico. De re [illegible] nullus mihi sermo, sed de linguae miraculoso dono, quod in homine non minus est quam in aue. Nam quod in avicula facit artifex, hoc in homine facit natura, [illegible] [illegible]. Loquetur paulatim [illegible] de lingua quae [illegible] [illegible], vocem [illegible] suis in verba

distinxit,

differentis, dum attritum sonum palato illidit, adiuta obstrusione dentium & compressione labiorum. plus tamen ad loquendum conferunt dentes quam labia. Nam infantes prius non fantur quam dentiant; & edentuli senes nonnunquam ita balbutiunt, vt tenelli pusilli. Quid autem mitius, quam sonum è pectore primum, in verba certa dissecare? Lingua non loquitur, non dentes, non labia, & tamen nihil loquitur nisi dentes, & labia, & lingua. Adverte mentem & vide; vocem emittis quam lingua voluntat, dentes frangunt, labia formant, vt vult qui loqui vult. Vox hominum in parvo tecta est, verba sunt, vocem habet simia & leo, habet canis, habent & aliae bestiae; verba non habent. Quis verò verba docet haec animalia? Naturâ, scio, quosdam dicere: imperitè dicunt. Tu Germanicè faris, quo doctore, qua doctrice? Natura? Germana igitur naturalis, & non ceterae? Indignabitur Italus, Bombarizabitur Gallus, fremet Hispanus. Nego & ridiculum deliramentum linguam aliquam homini esse naturalem, non esse omnes. Sed est non nemo qui dicat: include per infantes, remove eos ab hominum coetu, dimitte annos aliquot solitarios, veniet cum annis lingua homini naturalis. Assertionis suae rationem adducunt. Et en, inquiunt, Psammetichus, rex Ægypti, vti testis est Herodotus, auidus cognoscendi, quinam primi homines extitissent, huiusmodi quid machinatur: Pueros duos humilibus parentibus recens natos tradit pastori inter pecora educandos, simulque vetat vel vllam vocem edi audientibus pueris. Abit pastor, regis iussa facit, pueros includit, voces cavet, & tempore, vt res tulerat, capras admovet, alendis pueris. Transit ita biennium, & infantes nec vocem reddunt nec accipiunt, nisi fortè à barbaris illis suis nutricibus. Tandem pastore casam hanc ingrediente, ambo pueri, porrectis manibus *Becos*, clamant. Miratur pastor, silet tamen, & vbi idem verbum crebrius audit, rem ad Psammetichum defert cum pueris. Quos cum rex & ipse audisset, percunctatus est, quinam gentis *Becos* quippiam nominarent. Et comperit tandem, à Phrygibus sic panem appellari. Ex quo Ægypti Phrygas se priores non negarunt.

Accipio quae dicis, & audio: quaeso & tu me audi. Herodotus duo scripsit fabulas, inter illas & illam numeramus. Deinde fac verum loqui patrem fabularum, respondebit pro me Hipponis, imò & Orbis lumen Augustinus, à quo hoc verbum scribit pueros didicisse à capris apud quas magistras fuerant enutriti. Sed quoniam exemplis rem agunt, agamus iisdem pariter nos tamen: Nostro aeuo magnus ille Indiae rector & dominus Mogor eodem studio aut curiositate ductus, in loca inaccessa necesse pueros abdidit, vt exploraret somniatam illam & vltro crescentem loquentiam. Diu expectatur, sed tandem pro Ciceronibus & Demosthenibus, aut si mavis, pro balbutientibus Rabinulis vidit mutos. Verùm quid diu immoror, cur non hoc anile agmen vno spiritu sufflo ac dissipo? Quid enim, sapere? vnde nobis sermo? vnde verba? Si non ab imitatione, non ab exemplo. Tolle imitationem, tolle exemplum, & sublatus sermonem. I nunc, intuere eos infantes, & mirare solitariam illam facundiam, quae tacere potius quam loquetur. Prodeant nunc tibi, inquit, Arnobius, in opacis solitudine nutriti, mortalium consilijs inferantur, dent responsum rogati, certè omni pecore, ligno, saxo, obtusiores stabunt, & Deae illi Angeronae similiores quam hominibus. Sed moriar ego sim si diutius morer haec somnia. Hebraeam linguam omnium principem esse in confesso est, cuius Deus auctor & inventor. Ceterae ab hominibus inventae sunt, aut expolitae. Enimuero de ordine linguarum & praestantia, nullus hic locus disserendi. Illa cuique sit optima quae est vtilissima, aut sanctissima. Nec conqueramur vnam solam aut paucas nos callere linguas, tribulem habemus Adamum. Non multi Mithridates viuerent: habuit linguarum rex ille noticiam viginti gentium, quae sub eius regno erant, nullo ad illam vnquam vsus interprete. Daemoniorum hominis aut certè miraculum.

a *Aug. mentionem facit huius controversiae Lib. de quantitate animae cap. 18. tom. 1.*

§. II.

HAbemus donum Naturae Linguam, sed informem ac rude: sed & noxium donum, nisi aliud insuper donum aliunde accesserit, quo doceamur, Quando & Quomodò vtendam

utendum hoc linguæ dono. Quando igitur & quomodo loquendum? Perplexæ quæstiones, atque iam expediendæ. Vtrum damnarat silentio, cum loquendum esse, cum meliora silentio afferre possis. Dictorum enim sæpe; nos nunquam silentij pœnituit. Hinc Lycurgus rogatus, cur Lacones sic amarent loquendi breuitatem? Quia tutissima est, inquit, silentio. Et certe omni ætati decora, & subinde necessaria etiam est taciturnitas. Audiat a me loquaculus dictum Theophrasti: Miror, an lingua silendum quam [illegible] equo. Nec tamen ego Harpocratem volo, cum res & tempus postulat. Loquendum est, cum silentium aut non probem, aut admodum molestum. Theophrastus ille quem dixi, quendam in conuiuio tamquam Pythagoram [illegible] silentem festiuè admonuit. Si stultus es, inquit, rem facis sapientem; si sapiens, stultam. Aiebant solenne Græcis, cum secundæ mensæ inferrentur, inferri etiam linguam bubulam assam, ut intelligerent conuiuæ, tum vel maxime si unquam alias, lingua utendum. Sed non est opus me magistro linguæ in conuiuijs, solet enim illa [illegible] cum vino incalescit, & subinde nisi viderent homines, hirundinum multa dicentes, non hominum cœtum.

Donum ergo linguarum quid est, aut unde est? Linguarum donum quid sit, sciuit ille qui donat Deus: ego quidem præstare arbitror hoc tanto munere donatum esse, quam ad explicandum illud paratum. Nam hic maxime Labyrinthus in quem si quis sese intromittat, nec si Theseus sit, reuertatur, nisi Deus ille filum porrigat, atque dirigat gressus. Neutrum desertum nostri officij ducimus, imitabimur philosophos, qui aliquid in obscuro positum dispicientes, descriptione aperta, aut, ut ipsi loquuntur, positiua abstinent, ad negatiuam confugiunt, ad id respondent quod non quæritur, ut intelligatur id quod quæritur. Quid igitur donum Linguarum est? id quod nunquam fuit discipuli Aristotelis, quod nesciuit facundus Demosthenes, quod ignorauit numerosus ille Isocrates, & omnis Græciæ eloquij senatus. An fortasse Romana quondam palatia habitauit, cum pro rostris fulminaret sermone melior Tullius? Ignotum Ciceroni fuit, Antonium fugit, Crassum latuit, Gracchos ipsos maximos eloquentiæ mirandos exemplo. Abeamus a Rhetoribus & lustremus philosophorum officinas. Hic Academia ob oculos, illic Lyceum, illic porticus. In Academia Platonem ceteris aureo ore sonantem. At unde tam pretiosus sonus? [illegible] posuit in cathedra hoc linguæ donum [illegible] gentiles? igneo ore sonare debebat non aureo. Quid in Lyceo? illud reperire est, apud magnum illum sapientiæ principem Aristotelem? Donum quidem in magnum habuit, sed non donum Spiritus. An in porticu est apud Stoicos? Verba quædam huius ibi fuisse videntur, sed vera umbra fuit & sapientiæ imago. De virtutibus sine virtutibus disputabant, & loquebantur ut Dij, viuebant vix ut homines. Alio quærendum censeo. En Theologiæ fores patent, quid si in angulo eius forte delitescat? plane delitescit, nam a multis quæritur. In Theologia sedem habet, semper in Theologia est, non semper in Theologis. Videt mihi hunc ingenio [illegible] male facto [illegible] aliosque [illegible] Commentatur & ipse a spiritu. Quid ergo est, si delitescit? plane spiritus est, & spiritus ille igneus, donans & donum, qui dum sonat loquitur, & dum loquitur, donat. Cum hoc etiam [illegible] discedit, sine hoc etiam disertus conticescit. Nec paganorum loquor, quid enim male facundus egit loquendo? plus egisset silendo. Quid facit bonus autem tacendo? [illegible] Solus eloquens est, etiam in infantia, in quo hic spiritus loquitur. Incrassatum, verba sint horrida, stylus sit incompositus, si spiritus igne suo illustrat, [illegible] verba placentur, stylus [illegible]. Quis ille Thomas Aquinas? [illegible], vir magnus? At unde illud [illegible] verborum lumen, quo Theologiam illustrauit uniuersam, unde sumpsit? Nihil et Tullius contulit, nihil Sallustius, nihil Liuius, nihil Virgilius; nec consuluisset, etiamsi eos præceptores habuisset. Sunt certe multi homines, qui hodie nati [illegible] in quo [illegible], beati sibi videbuntur si vocule aliqua & [illegible] aliquot [illegible], forsan [illegible] dicta aut [illegible] dicta, sed tamen [illegible] dicta ut habeant [illegible], [illegible] At melior est in [illegible] Ambrosius, & orationis [illegible], [illegible] spiritus qui diffusus [illegible] stylo. [illegible]

na fumat fragantia:

——— ut pulchra violaria campo.

Absit humana scientia & loquentia quae tumefacit, dictio absit omnis limata, non adsit cum spiritu: hoc est de dictis, dum pleno dictis. Quod Bonaventura ille? an verba sua Ciceronis stibio illevit, aut Demosthenis fuco pinxit? minime vero: & tamen pollicens auditum, infixit mentem, tenuit pendulum auditorem. Adfuit aliquando publice dicenti Thomas ille Aquinas, qui missa concione Bonaventuram rogat, ex quibus ille libris tot sermonis flores, tot legeret sententias, quas concionibus insperget. Bonaventura quoniam in platea consistebant, domum introire percunctantem, pollicetur que se illum librum ostensurum. Conditionem accepit Thomas, comitatur hominem, ubi cum invitatus cellam, cepit dari sibi quem promptum sit codicem. Quid putatis fecisse Bonaventuram, an illi se Augustinum? nec eum vult ostendere, sed meliorem habebat. Quis fuit? Crucifixus erat oculis, non digitis, lacrimis notatus, non atramento: hunc ille vim loquendi, vim semper persuadendi, quam in Quintiliano quaerere potuisset, invenerat in solo Crucifixo, uti & taceris. Vere litteratus est, qui sic est litteratus. Quid enim externa & polita illa doctrinarum, quid sermonis linguarumque ad salutem faciunt? Quid faciunt ad meliorem vitam, si absit melior hic doctor? Vanus ille homo est, & eius sermo colore solo, Rhetorum imbutus, nisi habeat pondus a sancto spiritu. Audi mihi aliquem lepide & eleganter loquentem, capiere quidem paullisper lenociniis illis verborum, sed ubi rursus, & abibit simul affectus. Nunc audi ille cuius sermo non fucatus, sed nativus, non studiis sed neglectus, non sole ostentans, sed amore flagrans & divino familiaris inspectus, hic animum tenet, non trahet, sed rapit, non mordet sed ..., & reliquerit idem ac motum ... Audi Petrum die Pentecostes loquentem; audi de Paulum coram Agrippa & Festo disserentem non artificiose, non affectate, neque enim ita doctus erat a magistro Crucifixo. Sed observa vultum utriusque, quasi divinis flammis succensum, igneum in oculis vigorem, tremendum in ardente fronte pondus, sustinerent ac praeferrent. Sic solent qui magistrum habent non Tullium, sed spiritum.

a *Adibis in parte altera respondebimus.*

§. III.

Hic quaestio nobis occurrit (quod etiam ea promissio differenda miscebat) quae linguarum omnium sit sanctissima? Erunt fortassis qui dicant Hebraeam, non primam tantum, sed & sanctissimam esse. Nam multi? Verumtamen, si priscis doctoribus credimus, est lingua quae Hebraea longe sit sanctior, quam & indoctissimus quisque, modo velit, facile ac brevi addiscat. Graeciae lumen disertissimus oratorum Chrysostomus ad quaestionem hanc respondebit, nos digitum labello imponimus. Chrysostomum ergo audiamus. Aureus hic orator eadem re verbo sic exprimeno? Gratias itaque agamus, inquit, in omnibus, quicquid sit: hoc enim est gratum esse. Etenim rebus prosperis hoc facere, nihil magis fuerit. Nam ipsa rerum natura eo impellit. Quando vero in extremis existentes gratias agimus tunc praeclarum est. Quando enim ceteri maledicere & fastidiunt, nos gratias agimus. Vide, quanta sit philosophia. Primum, Deum laetificat. Alterum, diabolum pudefacis: tertium, & quod malefactum est, nihil esse facis. Nam & tu simul gratias agis, & Deus dolorem amputat, & diabolus abscedit. Non potest etiam severe afflictiones sentiat homo ille, qui in afflictionibus gratias agit. *Nihil hac lingua sanctius, quae in adversis Deo gratias agit.* Certe eo sanctior est lingua martyrum, utraque pariter coronatur. Nam adversus illum insanientibus, Deum per maledicentiam negare cogens, adversus hanc instar diabolus urgens quaestione cogitationibus lacerans, & animi angustiis obterebras. Si ergo dolores pertulerit, & gratias egerit, martyrii coronam sortitur. Vipost morbo decubit filiolus, & tamen mater gratias agit Deo. Quo tortore non saevior est animi angustia? Attamen verbulum aliquod acerbum eructavit neque. Filiolus moritur? Rursus mater gratias agit. a Eia, mi optime Christiane, haec demum sanctissima est lingua, quae pro molestiis & doloribus gratias agit. Ita, Chrysostomo attestante; Nihil hac lingua

gua sanctior, quæ in adversis Deo gratias agit.

Ioannes Avila formandis moribus magister optimus: In ærumnis & doloribus, aiebat, plus valet unum *Deo gratias*, quam sex millia in rebus prosperis, & bona valetudine. Nam Deo gratias agere, cum omnia fluunt ad votum, vix vllius est artificij: at vero cum varijs ærumnis obruimur, nihilominus velut pro beneficijs Deo se gratum sistere, hoc raræ artis, hoc magni est animi. Revera Iobes sanctissimam hanc linguam habuit: calamitatibus namque maximis iam pæne sepultus, nihilominus inter tot fortunarum ruinas & funera, voce generosa cantabat: Sit nomen Domini benedictum. Igitur omnium loco habendum quod Chrysostomus pronuntiavit: Nihil ea lingua sanctius, quæ in adversis Deo gratias agit. Hæc demum sanctissima lingua est. b

a *Chrys. ser. 4. in c. 3. ad Coloss. hom. 8. post. medium p. 1159.*

b *Consule ere, mi Lector, quæ in Prodromo Æternitatis c. 2. § 47. de hoc disseruimus.*

FINIS PARTIS PRIMÆ.

ORBIS
PHAETHON
SIVE
DE VNIVERSIS VITIIS
LINGVÆ
PARS SECVNDA.

AVCTORE

HIEREMIA DREXELIO,

è Societate IESV.

K

1. Midae rex ab asininis auriculis noscendus ore dicit. Proximè illum stant Ignorantia 2. & Suspicio 3. Ad eius tribunal Kalumnia 10. face armata hominem trahit, à praeeunte Livore ... 4. Habet famulas Sycophantia 5. seu insidias & Fallacia 6. comitantibus Poenitentia 7. qui respicit ... Veritate 8. Miser 9. qui supplices manus ad iudicem tendit, grandibus calumnijs premitur. Vide C. 11. § 1. Quod vero in omnibus Alphabeti litteris, cum Siderei tum Orcinali genij insignes reperiantur, sicut vel ad cunctam primam omnium imaginem, seu, ad primam Alphabeti characterem diximus. Vide C. 3. initio ante § 1.

a Persi scribebant, Kalumnia, ideo hoc ocis vitium, ad hunc Characterem revocabimus.

K

CAPVT I.

Kalumnia depingitur, & Kalumniatoris genius describitur.

Verum verbum est: Linguę sunt Regum manus! quocunque confugias, insequuntur & apprehendunt. a Sunt habet & lingua manus easque longissimas, quae illis Regum brachijs nec quidquam cedunt. Linguę manus esse, sapientissimus Regum testatur: Mors, inquit, & vita in manibus Linguę. b Robustissimas profecto manus esse necesse est, quę duas res vtcunque diuersissimas Vitam & Mortem continere possunt; vt vero Mors omnia penetrat atque permeat, ita etiam Linguę manus in omnem se locū penetrant. Linguę brachia sunt verba, quibus plurimi sic contundantur, vt eorum omniaque illorum ossa cōterantur. Siracides exponit, qua ratione manus hae ferreae atque adamantinae, securis omnes & multos mole crudeli superent: Beatus, inquit, qui tectus est à Linguā nequam, qui in iracundiam illius nō transiuit, & qui non attraxit iugum illius & in vinculis illius non est ligatus; iugum enim illius iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum aereum est. Mors illius mors nequissima & vtilis potius infernus quam illa. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitū destruxit, & domos magnatorum effodit, virtutes populorum concidit & gentes fortes dissoluit. c Linguam tertiam vocat eam pessimam, quę discordias inter duos aut plures inflammat. Atque adeo lingua mala eam robustas habet manus, vt multos cogat terra è terra migrare, non paucos in extremam pernicien impellat. Inter has linguas, quarum mors nequissima est, suo suo numerando venit Lingua Calumniatrix, quę non tantum mendacium dudit in alterum, sed etiam in falsam accusationem malitiosè prorumpit. Hanc porro Linguam non ad tertiam sed ad decimam alphabeti literam referre priscorum Orthographia nos docet, quae ad characterem Kappa Kalumniam reducit, vt infra demonstrabitur, sed prima hic quaestio nascitur, quid sit Calumnia, Theologorum Princeps Thomas Aquinas, Calumniam ait esse falsam & malitiosam criminis impositionem. Calumnię index est frequens accusatio, quae quo falsior, hoc & venenatior est, atque de hoc calū matricis Linguae veneno atrocissimo paulo copiosius disseremus, autem obsecro varias praebent & faciunt Linguae.

a Ouid.

a Ovid. [illegible] Regibus esse manus?
b Prov. c. 18. v. 11.
c Eccles. c. 28. v. 18. usque ad 26. & v. 16.

§. I.

LVdovicus Malvenda è S. Francisci familia vir eruditione valuisse, inquit, scire, quid sit Calumnia? Narratio est, sed falsa, Magistratui aut Domino delata, illo absente, cuius iugulum petit. Nec secus aliter Lucianus Sophista eam describens: Calumnia, inquit, delatio est inscio & absente reo, ubi plerumque fides habetur parte inaudita altera. Et hoc quam saevus Calumnia [illegible] [illegible], quam quamplures subvertit familias, quot & ipsos fundatores Civitatum perdidit! Haec patrem in liberos, fratres in germanos, liberorum in parentes, amicorum in amicos [illegible] armat:
Ah! [illegible] [illegible] qualibet Calumnia est,
Et angulis usque [illegible] [illegible]. & [illegible] [illegible] [illegible], sed [illegible] [illegible] illa Ephesius pictor Apelles suis Calumniam coloribus egregiè depinxit, idque hac occasione. Apud Ptolemaeum Regem [illegible] [illegible] est Apelles ab Antiphilo pessimè illius artis professore. Postea eius inter adulatores educatus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tabulae, ingratum, insidiatorem, conspiratum pictorem clamitavit. Et nisi è captivis & coniuratis quispiam indignatus impudentiam Antiphili, & miseri Apellis [illegible], asseverasset illum nequaquam factionis fuisse participem, Apelli caput abstulisset Calumnia. Sed re penitus cognita, pictorem Rex centum talentis donavit, & Antiphilum in servum addixit. Apelles [illegible] [illegible] Calumniam sub imagine spectandam proposuit. Imago haec est: a Vir prolixis auribus, quales Midae fuerunt, in solio velut iudex consedet, & accedenti Calumniae [illegible] [illegible] porrexit. Viro [illegible] [illegible] mulieres assistunt; Ignorantia & Suspicio. Calumnia formosae formae mulier accedit, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], & manu sinistra facem accensam [illegible], dextrâ [illegible] capillis pertrahens ac supplices manus caelo porrigentem habens. Hanc autem vir [illegible]; pallidus [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible] oculis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contabuerit, quem facile coniicias esse Livorem. Quin & aliae mulierculae duae comitantur, quae Calumniae ornamenta [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible]. [illegible], [illegible], altera Fallacia. Insanam [illegible] tribunal sugit, quo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], lacera quae veste, atque haec Poenitentia vocatur, quae capite in tergum [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] Veritatem [illegible]. Haec imaginem esse [illegible] [illegible]. Opera[illegible] hanc [illegible] in [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] proponi, ut vel hac ratione calumniandi [illegible] [illegible].
a Vide Imaginem.

§. II.

VEriss̃imè dixit Basilius: Tribus simul damnosus est calumniator. Nam & illi quem traducit, iniurius est, & auditori suo, & ipse sibi. Primum quidem si calumniatorem spectemus, is utique quod non sit bonus, [illegible] [illegible]. Siracides [illegible] [illegible]: A tribus, inquit, timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit. Delaturam civitatis, collectionem populi, & calumniam mendacem super mortem omnia gravia. a Et autem est calumniatoris natura, in crimen vocare omnia, probare vero nihil. Verus [illegible] [illegible] [illegible]:
Nil probat calumniatio, criminatur omnia.
Et et alteri infligit vulnus, per veritatem [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] calumniatorum fraude, quae vult, [illegible]. Certè malum insidiosissimum est Calumnia, Et quemadmodum Basiliscus vel [illegible], vel solo aspectu perniciosissimus dicitur, ita calumniator clam [illegible] [illegible] [illegible] auribus, nullo palam [illegible] [illegible], quo [illegible] [illegible] [illegible], ita plerique [illegible] [illegible] [illegible] quaeque [illegible]. [illegible] Athanasius: Qui lapide, ait, est ictus, medicam [illegible]; [illegible] Calumniae gravius, quam lapides feriunt. Est enim calumnia gladius, [illegible], [illegible], & inde vulnus incurabile. Sed [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], vulnera [illegible] acerbiora. c Quae vis, inquit Lysias, [illegible] calumniis est expedita, nomine [illegible] [illegible] [illegible]? d Hanc [illegible] [illegible] deprecatur David: Feci iudicium, & iustitiam, non tradas [illegible] calumniantibus me. e Gravissima iniuria est, [illegible]

reum iudicta caussa: atqui hoc omni ex parte molitur calumniator, qui quem accusat, damnat ne indefensum obijcit, & accusatione clanculum defensionem intercepit. Iis ex abdito iaculatur, ut non sit qui resistere, aduersarique manu possit contendere, itaque ignaro & inscio vnde bellum inferatur, se peremit. Ceterum id genus hominum in Regum ac Principum aulis praecipue occursant; vbi scilicet innumerae suspiciones, insidiae quotidianae, plurimae assentandi & calumniandi occasiones. Nā vbi maiores se semper spes ostentant, hic & inuidiae saeuiores, odia periculosiora, aemulationes callidiores vigent, omnes se inuicem acerrimis oculis intuentur, & quemadmodum qui singulari certamine contendunt, vigilanter obseruant, num aliquam corporis partem male munitam conspiciant, quā gladium mittant: sic inuidia Lynceis speculatur oculis quā calumniam immittat. Et cum quisque in aula primas obtinere cupiat, proximum submouet, & amolitur priorem, si possit, concutit & supplantat. Sic alij in alios varias compendij vias comminiscuntur; quarum compendiosissima, sed & periculosissima est Calumnia, quae principium ducitur ab inuidia, inter spem metumque fluctuante, sed quae miserabiles, tragicos, & multis calamitatibus refertos exitus ostendit. Neque tam grauem plagam infligeret Calumnia, nisi vero similia narraret in speciem, neque rerum omnium validissimam veritatem opprimeret, nisi appositis ad inducendum argumentis, alijsque secretis artibus deciperet audientem. Hę artes in Principum aulis & discuntur, & exercentur. Sunt qui nemini non detrahunt, eos quos oderunt artificiosissime accusant, ita per probatam calumniam ad dignitatem etiam conscendunt. Hi quandoque tantam prae se ferunt modestiam, impietatem contemdicata vultus pietate vestiunt; libidinē foetis castitate & verecundia oculorum dece- ctione contegunt. Ne illos Princeps his pa- lam probis, simo suae improbos effugiat fucatam grauitatem fictio supercilio expressam. Loquantur licet mella, felle corda natant, familiaris labijs arridēt, clam frontibus fricodere, & iram in animo moliuntur, odiumque intra se conceptum aegent, dum aliud in mente occulant, aliud in ore habent: admonitoque labio bibens inter alios, plurimis affectibus tragoedias in se commouent. Atque hi dum alios accusant, moerentes videntur, ac quasi rubore perfusi, nec illa priuato odio, sed principis solius bono caussam inuicti plenā suscepisse, nihil se in omni hac delatione spectare aiunt, nihil ab hac sperare, quam cōmunis boni augmentum sola se conscientia & religione tactos, & perennis iustitiae miseratione ad hanc descendisse. Et cum nihil praeter nudam conscientiae & religionis nomen habeant, blandē interim loquuntur, ut sentenciae eriserent. Sicut medici qui parum docti & satis fidenti languidos multos officiosissime occidunt, sic illi molli lingua & verborum quodam lenocinio, dum publicè videntur prodesse velle, priuatim speciosissime occidunt. Ex subinde priuatae hae calumniae in damnum publicum vertunt; opimis enim calumniator imminet, non pessimis. Tiberiana tempora meminimus, quibus quo quisque districtior accusator, aut nequior calumniator, hoc magis sacrosanctus habebatur. Atque hinc primorum ferè omnium caedes, & plus suorum sanguine quam factorum claritudine nobilitata Roma.

a *Eccli. c. 26. v. 6.*
b *Aelian. apol. 1.*
c *Lysias Andocidem c. 9.*
d *Psalm. 118. v. 121.*

§ III.

POrro ea calumniae species est efficacissima, quae cum audientis cupiditate conflictatur: quando etiam apud Ptolemaeum regem cognomento Dionysium, quispiam olim Demetrium Platonicum accusauit, quod in Bacchanalibus aquam biberet, solusque omnium vestem tempori non aptaret, ac nisi mane accersitus, in omnium conspectu vinum bibisset, & sumpta veste, Tarentina cymbala pulsasset, profecto periisset, quod Regis moribus & delitijs non delectaretur. Non minus efficax est Calumnia, quae cognatam, imo sororem habet adulationem Assentationem, vix enim quisquam tam generoso est animo qui adulationis calumnijs non succumbat. Apud Alexandrum Macedonem grauissimi criminis reus fiebat, qui Hephaestionem vt Deū colere noluisset. Eo enim Alexander plurimorum adulatione deductus est, vt glori-

§. V.

CAPVT II.

§. II.

[illegible]

§. III.

[illegible]

§. IV.

[illegible]

CAPVT III.

§. II.

§ III

M.

§. I.

§. IV.

[illegible], & ab [illegible] & [illegible] solent a [illegible] [illegible] ut [illegible] pra-[illegible], [illegible] potius [illegible] vi [illegible], [illegible] dici possit; ac [illegible] illi [illegible] qui non [illegible] affirmant, [illegible] ipso mendacij [illegible] possunt. [illegible] eos, qui audiunt, [illegible] in ipsis est, [illegible], & [illegible] affirma-[illegible], in mendacem hanc feremus sententiam:

Libere [illegible] [illegible] dederat men-dacium.

Quid, quotuplex, & quam foedum sit men-dacium, [illegible]. Quam noxium sit, & quia [illegible] [illegible], posteriori dissertatione [illegible].

a *Prou. c. 6. v. 17.*
b *Aemil. Probus.*
c *Prouerb. cap. 17. v. 7. & cap. 20. v. 4. & cap. 15. v. 5.*
d *Vet. lamb.*
e *Sen. Nat. qq. l. 4. c. 4.*

CAPVT V.

Quam multiplici argumento [illegible] sit Mendacium.

HEbraeus [illegible] Oseas, grauissime [illegible]: Non est veritas, [illegible], & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & men-dacium, & homicidium, & furtum, & adul-terium inundauerunt & [illegible] [illegible] [illegible] est, [illegible] [illegible] [illegible], vt plurimis [illegible] [illegible] [illegible] mendaciis sint [illegible]! Da-[illegible] [illegible], quid [illegible]? Nullam veritatem, an [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] Osea Isaias hanc [illegible] [illegible] deplorant: Posuimus, inquit, mendacium spem nostram, & mendacio pro-tecti sumus. [illegible] [illegible] [illegible] sumus, [illegible] mentiri, [illegible] eloquentia par-tem [illegible]. Qua in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], & [illegible] tam [illegible], vt & Hieremias [illegible] dixerit: [illegible] lin-guam suam quasi arcum mendacij, & non ve-ritatis [illegible] sunt in terra, quia de malo ad malum [illegible] &c. quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Et [illegible] suam

[illegible], & veritatem non loquentur: do-cuerunt enim linguam suam loqui menda-cium. c

Verum est enim: Mendacium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hoc [illegible], [illegible] ora [illegible] [illegible], vt in [illegible] nihil humanae formae retine-rent.

Alexander Macedo, rex magnus, Chaerilo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. Vigeat nunc ille, & singula mendacia singulis colaphis ex-pietur, plerique aut [illegible] [illegible] [illegible], aut vitam [illegible] [illegible] debebunt. Ergone [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] etiam [illegible] [illegible] commoda cessabunt. Ibi iam [illegible] [illegible] mendacijs nostra commoda imputamus, nec videmus [illegible] in grauissima nos damna [illegible] a mendacio. Hoc igitur nunc agen-dum, & quam noxium sit mendacium, & quia [illegible] saepius [illegible], explicatius [illegible] [illegible].

a *Osee 4. v. 1. & 2.*
b *Is. cap. 28. v. 15.*
c *Hier. cap. 9. v. 3. 4. 5.*

§ I.

GRauis [illegible] omnem [illegible] [illegible] [illegible], quas Hebraeus Rex sic pro-nuntiat: Perdes omnes qui loquuntur menda-cium. Theologorum [illegible] [illegible] [illegible] est, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in quo [illegible]. [illegible] damnosum est omne mendacium, vt ut [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] mendacio [illegible] ipsa [illegible] debeat: Quae de re [illegible] [illegible] Augustinus: Quid si ad te homo [illegible], qui mendacio tuo possit a morte liberari? Ille enim [illegible] quam [illegible] timere hominem, qui peccare non timet, non animam sed cor-pus occidit. Quomodo ergo non peruersis-sime dicitur: vt alter corporaliter viuat, debere alterum spiritualiter mori? Nam & ipsa dile-ctio proximi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] accepit. Diliges, inquit, proximum tan-quam teipsum. Quomodo ergo quisque dili-git tanquam seipsum, cui vt praestet vitam temporalem, ipse amittit aeternam? quando-quidem si pro illius temporali vita suam ip-

sam tem-

nam temporalē perdat; non est iā diligere sim-
plicem, sed aspernari simplicem. Quod sanè
doctrinæ regulam excedit. Multò iniquius
igitur æternam famam, pro alterius temporali
mentiendo amissurus est. a Est adversus eam
sanctissimi Gregorij sententiam. Quod si
nec mendacio quidem vitæ tuendæ licitum, quan-
tò minus ludibrio, aut ignominiæ effugian-
dæ? sed nec virtutibus defendendis. Vir-
ginitas pretiosissima quidem virtus est, sed
mentiendo nunquam protegenda. [illegible]
[illegible]. Humilitas virtutum omnium basis est,
ea tamen nec minimo unquam mendacio
est custodienda. Si humilitatis causa menti-
ris, inquit Augustinus, si non eras peccator
antequam mentireris, mentiendo efficeris
quod evitaras. Ergo etiam vinceris quàm
mentiri; malo vinci verè dicens, quàm su-
perare mentiendo; Mentiri nunquam
licuit. Hoc ipsum Innocentius III. Ponti-
fex Maximus b facile probat, et cum liqui-
dum proponit, nec servandæ quidem alterius
vitæ mentiendum esse; c quod si non vitæ at-
que capiti, multo minus [illegible]
mendacijs patrocinandum.

Anthimus Nicomediensis præsul ut Meta-
phrastes narrat, d Maximiani Cæsaris militi-
bus necandus quærebatur, hos ipsos Anthi-
mus, sed ignotus suo hospitio excepit, & lau-
to epulo. Remotis mensis id enim milites in-
stituerant quærere, ubinam locorum Anthimus
indagandus esset? Quibus ille interpellans, Ego
sum inquit Anthimus, quo vultis facite,
promptus sequor. Obstupuerunt [illegible]
libertate, dixerunt facilè aliquid confictu-
ros se tyranno, quo iussisset, eum mortem
Anthimum. At ille: Hoc, ò viri, nefas
est; ac, nec quisquam vitam mentiendo pro-
pagare potest. Ita sese ille comitis carnificum
permisit, utramque quam ambiit palmam
nactus martyrij.

Hoc itaque omni cuiusque contentissi-
mum sit studium, pro veritate quicquid per-
ferendum est, consecutum, omne mendacium
vigilantissimè cavere, & nec verbulo verita-
tem lædere. Nihil asserias, inquit Plato, sanc-
tius hoc sapientiam quàm veritas. e Franciscus
Varisius nunquam alterius vitiorum subjectus
est. f Rossinus Apollonius commemorat,
sanctissimum [illegible] vitæ

clausulam apposuisse. Tres moritisio adesse,
Syrus, Elias, Paulus, eidemque cum illo habi-
tati. Dumque hi morientem circumsisterent,
hoc unum rogarent, sui memoriam paucissimis
verbis traderet. Quid est ille? Nihil, inquit,
magnum me fecisse memini in hoc tamen se-
culo laboravi, ne ullam dicerem mendacium. Ah illud non magnum, nihil per
omnem vitam fingere? sed hanc laudem
adsecutus est Beatus abbas, cui amplissimum
hoc elogium fuit concedendum, *Nunquam
mentis, nunquam mentitus.* Illud Pelagiæ
facundiæ illustrissimum sidus Ioannes Chry-
sostomus, ex eo prorsus tempore, quo Cons-
tantinopolitanus allectus est, nunquam iuravit,
nec alium iurare compulit, nulli unquam ma-
ledixit, nunquam mentitus est. a O verè ut so-
nitu, vel ob solam hanc linguæ continen-
tiam! Ecce enim veritatem dilexisti. f

a Augustin. l. de mend. c. 6.
b Epist. decret. tit. de usuris C. super eo.
c Plato l. 3. de Rep.
d Rosw. Apud. [illegible] apud Rosweyd.
e In Mesibrit. c. 193.
f Psal. 50. v. 8.

§. II.

PAtrem famq; non est quidem detrahen-
dum, hoc tamen vix adeò mali esse potest,
quin adversus parentes nostros conque-
ramur. Prima nostra omnium Eva, nos suos
filios parum bene docuit, ut quemvis quod la-
boret dixit mendacia. Repetita ea mater
tota? Quantum, inquit, in se erat, depravavit
mali verba præceptum Domini iubens
modis, appositione, diminutione, mutatione.
Illud apposuit, *Et ne tangeremus illud.* Hoc
Deus certè non iusserat, nec enim arborem ve-
tuit tangi, sed fructu spoliari. Diminuit, &
rem constitutam [illegible] addidit [illegible] di-
ceret, *Ne fortè moriamur*, cum tamen Deus
expressissimam hanc sententiam tulerit. Quo-
cumque die ex eo comederis, morte morie-
ris. a Mutavit tandem verba præcepti: *De
fructu verò ligni quod est in medio paradisi,*
&c. Ubi [illegible] nec tamen scientia
boni & mali sed arbor vitæ [illegible] medio
stabat, quæ tamen prohibita non erat [illegible]
mendacijs correctum est. Hinc nostræ
lacrymæ, parum mundæ [illegible]

§. III.

§. IV

[illegible]

§. V.

[illegible]

CAPVT VI.

[illegible]

A [illegible] De lingua, quæ maximum est [illegible]

§. I.

[illegible]

[illegible]

§. II.

[illegible]

confidentiis, & conscientiam calcatis, humanam reprehensionem euaditis, & diuinam in vos iram concitatis: quanto satius esset vera dicere, errorem fateri, culpam si qua est deprecari, quàm mentiri, nec tamen malo mederi. Hic iterum vobis *Augustinum* ingero, qui nos adeo ab omni mendacio vult esse alienos, vt potius necem mallemus, quàm mentiri, nam qui ideo mentitur vt viuat, moritur antequam moriatur. Ipsa integrè admotior Augustini verba: Quis, inquit, obseruat vanitatem? qui timendo mori, mentitur. Timendo enim mori mentitur, & moritur antequam moriatur, qui ideo mentiebatur vt viueret. Mentiri vis ne moriaris, & mentiris & moreris: & cum vitas vnam mortē quam differre poteras, auferre non poteras, incidis in duas, vt prius in anima, postea in corpore moriaris. Vide hoc, mi obsecro. Ergo generosos animos cum mori sciant, mentiri nesciunt. Et fuerunt sanè quibus longè suauius visum est mori, quàm mentiri. Rem mirabilissimam narrat Hieronymus de muliere septies icta; Hæc adulterij falsò accusata, cum iam in equuleo torqueretur, sexu suo fortior, oculis quos à tortore liberos habuit, cælum suspexit, & fluentibus per ora lachrymis: Tu, inquit, Domine IESV, cui occultum nihil est, qui corda scrutaris & renes, tu testis es non ideo me negare velle, ne peream, sed ideo mentiri nolle ne peccē. Adstans simul iuuenis qui falsò de eodem scelere accusabatur, & illam & se secum mentiebatur, vt tormenta effugeret. Illa hunc allocuta: At tu homo miser, ait, si perire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ego mori cupio: sed non vt adultera; cedo iugulum, intrepida ferrum accipio, meam tamen innocentiam mecum feram; Cum verò Iudex tormenta geminari iuberet, vna semper illius vox erat: Cæde, vre, lacera, non feci. Si dictis fides tollitur, veniet dies, quæ hoc crimen sine fraude discutiet. Sed iuuenis miserrimus [illegible] exitium suum mentitus, capite plexus est. Caput mulieris tangi quidem potuit, detruncari non potuit, ne septies quidem à diuersis carnificibus repetito ictu. Ita eadem libertate à Cæsare donata, & sanitati restituta est. Mori sciuit hæc virago, mentiri nesciijt. Ore

ni mortē detrectas, mendacio commaculari.

a *Aug. tom. 8. in Ps. 30. ante finem.*

b *Hieron. epist. 45. ad Innocent.*

§. III.

OBijciant quidam peculiariter mercatores, propolæ, caupones: Reuera si non mentiremur, fame necaremur, ipsaque vno & continuo penuria perire oportet eum, qui mercaturam exerceat; hæc sine aliis non constant. Sed hoc ipsum, viri, frigidissimum est mendacium, merces vix vllas extrudi posse nisi mendacio vestitas. Multò faciliores essent emptores, si candidè pretium indicare scirent, iam verò nec iurantibus quidem credunt, sapere docti non vna solùm experientia, illud scilicet plurimis ex usu compertum, quos non tam mercatores, quam fabricatores mendacij par esset appellare: aut dolere damnum pecuniæ, non dolent damnum iustitiæ. Positus, inquit Augustinus, in angustijs cui damno pecuniæ, aut damno iustitiæ, dicitur tibi, perde potius pecuniam, ne perdas iustitiam. Tu autem cui non dulcis est in ore iustitia, constitutus eligis aliquando magis amittere aliquid de iustitiā, quàm vel nummum de pecunia, & percutis te damno grauiore, implens sacculum tuum, & exinaniens cor tuum. a

Verum & fide dignum scriptor commemorat, duos ciues Colonienses ob mendacium & periurium, à suo Curione acrius reprehensos. Horum alter: Domine, inquit, mercaturam facturus, & mentiri scias necesse est & iurare, hæc nostra est Rhetorica, si absque hoc esset, fame periremus. At enim, inquit Curio, hoc grande nefas est, diuina lege vetitum. Ad quæ illi: Quis mercatorum, aiunt, hanc legem seruat? Qui iustitiam, inquit sacerdos, & cælum amabit, neque hic expensis vllis opus est, ab vnico Velle pendent hæc omnia. Et obsecro consilium meum sequi ne pigeat, & aliquanto saltem tempore sine mendacijs & iuramentis pretium mercibus vestris statuite, & miros certum vestrarum successus habebitis. Promittunt eius rei experimentum sumpturos vno anno. Sed malè res cedere videbatur, emptoribus ad alios defluentibus, quòd Deus diabolo licere permisit. Anno igitur exacto redeunt, & fatentur improspe-

tam spectarunt. Quæ ad constantiam faciebat animam. Quare dubitatis, inquit, malitiæ filij? hæc vastamenta sunt diaboli non in longinquum itura? constet sibi vester animus, fugite iniquitatem, & non erit quod metuatis paupertatem; Deus benedicet conatibus vestris. Ita demum promiserunt mendacijs & iuramentis abstinere omni vita, etiam si ad mendicitatem devenirent. Promissis steterunt, & è verbis fecerunt facta successu tam lætissimo. Nam mirè ab omnibus frequentari cœperunt, & breui, quod ipsi mirabantur, rem auxerunt honestissimis rationibus. Tanti fuit non velle discere mendacia. a Vulnalis opulentia est quæ rationibus crescit inhonestis.

Obijciunt sæpe, Ecquid adeo ipse sibi sit inimicus ut grande commodum figmento non grandi comparandum respuat? Xiphilinus narrat, Liuiam Augusti Imperatoris coniugem Numerio Attico viginti quinque myriadas drachmarum hoc est, viginti quinque millia coronatorum promisisse, modo iuraret, visum à se Augustum Cæsarem defunctum ascendere in cœlum. Quis hic tam seuerus sit, ut fingere nolit, cum tot argentea offerunt linguæ? Quid si, aiunt, gratia cuiusque facto sic mentiendo, ut mentiamur, si dominorum ingens siue proprium seu alienum ... vellemus esse amici veritatis, sed sine dispendio rei familiaris. O plumbea capita! ô candidi, non hominis, tam nihil capitis, ut nec sanctissimorum virorum auctoritas, nec ratio vlla, nec vllæ sacrorum voluminum minæ à mentiendi licentia vos abducant. Augustinum non audistis? qui moriendum potius quam mentiendum asserit. Sed Augustinum audite, qui vestris vos armis iugulat, nam velut vnus è vobis: Si quis, inquit, ad te confugiat, qui mendacio tuo possit morte liberari, nonne mentiturus es? si aliquis æger interroget, quod ei scire non expedit, qui etiam possit te non respondente grauius affligi, audebis aut verum dicere in perniciem hominis aut silere potius quam honesto & misericordi mendacio valetudini eius opitulari? Exempli causa: Graui morbo periclitatur ægrotus, cuius iam vires ferre non possunt, si ei nuncietur vnicus charissimus filius mortuus: Si à te quærit, an viuat quem viuum fuisse tu scis, quid respondebis, quando quicquid aliud dixeris præter vnum de tribus; aut mortuus est, aut viuit, aut nescio, nihil aliud credit ille quam mortuum: quod te intelligit timere dicere, & nolle mentiri. Tantundem valet, etiamsi omnino taceris. Ex illis autem duo falsa sunt, Viuit, & Nescio, nec abs te dici possunt nisi mentiendo. Illud autem vnum verum id est, mortuum esse, si dixeris, & perturbati hominis mors fuerit subsecuta, abs te occisus clamabitur. Huic quæstioni solerter Augustinus respondens: Quis ferat, inquit, homines exaggerantes, quibus sit mali salubre mendacium denegari, & homicidam diligi veritatem? Quid quod vtique huius salutis amatores sunt, ut eam non dubitent præponere veritati, ne homo moriatur, imo ut homo quandoque moriturus aliquanto serius moriatur, non tantum mentiri, sed etiam periurare non volunt. His atque talibus cogitationibus se arbitrantur vrgere, ut si consulendi causa exigit, aliquando mentiamur. Contra illi quibus placet nunquam esse mentiendum, multo fortius agunt, vtentes primo auctoritate diuina, quoniam in ipso decalogo scriptum est: Falsum testimonium ne dicas, quo loquendi genere lex diuina complectitur omne mendacium. Sed ne aliquis contendat, non omne mendacium falsum testimonium esse appellandum, quid dicturus est ad id quod scriptum est: Os quod mentitur occidit animam. a Quod ne quis arbitretur, exceptis aliquibus mentientibus posse intelligi, alio loco legat, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vnde ore suo ipse Dominus sic inquit: Sit in ore vestro, Est, est, Non, non; quod autem amplius est, à malo est. Hinc & Apostolus, cum exuendum veterem hominem præciperet, quo nomine omnia peccata intelliguntur, consequenter ait, in primis ponens: Quapropter deponentes mendacium loquimini veritatem. Non est ergo verum, aliquando esse mentiendum. a Ita Augustinus sentit. Quid hoc tā multiplici testimonio illustrius, quid grauius dici potest? In saxum obriguit, qui hæc non audit, aut spernit. Et quid obsecro humanos fauores tantopere ambitis, & negligitis diuinos? Erit sanè tempus cum humana gratia non iuuabit, & aberit diuina, vtraque miserè spoliati quo ibitis? Melius

doceat

docet Siracides: Homo sensatus, inquit, credit legi Dei, & lex illi fidelis. f Vtrumque est eadem: nunquam dissidenda est veritas. Quanti vitajunt alterum, in peiores delapsi, quanti fugerunt fumum, & inciderunt in ignem: ita plerumque cogantur erubescere, audent fingere, & quia horrent pudescere, eligunt mentiri, sed reuera dum Charybdim euitant, incidunt in Scyllam, & dum minus declinant, in longè grauius damnum incurrunt. Dominus solus sufficit fallimentibus se in via veritatis & iustitiæ, nam lex eius veritas. g Neque vllos patet mendacio eam afficit honestatem, vt licitum dicatur. Ab Augustini calamo hoc certum est: Cum opera ipsa, inquit, peccata sunt: quis est, qui dicat causâ bonâ esse facienda, vt vel peccata non sint, vel quod est absurdius, iusta peccata sint? Si hanc probaremus theologiam, tandem casta adulteria, iusta furta, inculpata homicidia, veniam permisissemus, si licita sint vlla mendacia. Itaque peccatum est omne mendacium.

a *August. tom. 3. in Ps. 41. siue mihi pag. 1602.*
b *Cæsarius l. 3. mirac. c. 37.*
c *Sapient. c. 1. v. 11.*
d *Psal. 5. v. 7.*
e *Aug. to. 4. l. contra mend. c. 5. & c. 18.*
f *Eccli. c. 33. v. 3.*
g *Eccli. c. 34. v. 11.*

§. IV.

VLtimum quod hac de re proposuimus explicandum, est pœna mendacij diuersa. Apud Indos, Philostrato teste, mos obtinuit, vt si quis deprehensus vel semel in mendacio fuisset, ignominia notaretur, & magistratu moueretur, quod communem hominum societatem mentiendo fraudasset.

Apud veteres Francos & Suecos cogebatur mendax canem, impudentiæ symbolum, in humeros sublatum circumferre. Hæc mitia & humana sunt supplicia; Deus aliter punit, frontem longè seueriùs in mendaces et aliò dicitur. Certa cælestis vindicta, leue, & crimini nociuis mendacium labiis morte vindicat. Ananias & Saphira Christiani coniuges interrogati ab Apostolorum Principe, num tanti agrum suum vendidissent, quanti allatum pretium esset, cum falsi illas voculas duas respondissent, *Etiam, tanti*, vterque repentina velut fulmine icti conciderunt ambo. h Homi mendacium vnicum nec vlli extra vsum, capite & vita luerent. Poterant illi retinere sua, nulla eos lex cogebat in alienum ærarium facultates omnes inferre, sed quia videri volebant, omnia sua dedisse, subito sunt extincti. Hinc optimè Iobus apud animum suum decernebat: Quia donec superest halitus in me, inquit, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. i

Mendiculi duo, quod Nicephorus commemorat, tam à consortio, quàm à consiliis mendaciis fratres, Epiphanium Antistitem transeuntem in via obseruarunt, & vt stipem caperent largiorem, illorum alter officiosè se mortuum finxit, cumque Epiphanius transiret, alter non sine fictis lacrymis querebatur, ob extremam inopiam nihil eorum quæ sepeliendo deberentur, suppetere. Epiphanius vultu serio: Dura, inquit, sit illi propitius, atque vna peccatum dimittat. Tu, inquit, fletus hac cura, hic tuus socius non surget amplius. Abeat modo, cogitabat vterque, nec tamen in præsentem agrum ad peccatum ex quo sucidendum. Abijt Epiphanius, iamque remotè præierat, alter circumspiciens cautiore, pede socium icit, memorique secretus iungenti. Neque vox, neque sensus. Alter iterum alloqui, atque etiam laudare, quod mortuum tam doctè ex viuo egisset simularet. Needum alter respondere. Tandem iste: Heus tu mortue, inquit, tandem surge, aut nec obolum impetrabis è data pecunia. & simul calcare vtraque manu concussit tanquam risum diu repressum excitaturus. Sed needum vox vlla, aut vllus sensus. Ita res nata è ioco, patitque vtrumque verè mortuum esse. Mox alter æthenam pastalem currendo assequi & vbi ad illum peruenit, hic magis quam antea & serio lamentari, mendacium fateri, fraudem ex inopia confictam, sed hanc culpam non amplius vnquam repetendam; misereretur patris mortui, & liberique precibus restituere. At Epiphanius needum mendacio reconciliatus. Te vero, inquit, sepelit socium; Deus sententiam non mutat.

Affirmare quidem sacra volumina: Os quod mentitur, occidit animam. Maximam autem ac sub-

ac subinde corpus cum anima iugulat: Adeò Deus acerbè & penitus odit mendacium.

In insula Tenedo lex olim fuit, quod Suidas memorat, vt pone iudicem cum securi staret carnifex, in hoc paratus, vt si quis falsi testimonij, falsæ accusationis, aut cuiuscunque tandem mendacij conuictus fuisset, protinus securi feriretur. Hinc vetus verbum, *Tenedia securis*. Separa non sedet in alto est apud quem nunquam non vigilat securis; iam huic, iam illi impingenda: Deus vtrumque oculis suis videt audítque omnia, nec parcet in veritatem delinquenti, quod si non totiens sua mittat fulmina, quoties veritas conspuitur, certè tarditatem supplicij, grauitate compensat; vltor procedit serus, sed seuerus. Nam, *Opera manuum eius veritas, & iudicium d. Ipse protector est omnibus exquirentibus se in veritate e. Imo omnes viæ eius, misericordia, & veritas, & iudicium f.*

a *Philostr. de Apollonio l. 2. c. 22.*
b *Act. c. 5. v. 2. & seqq. ad 12.*
c *Iohan. 17. v. 1. & 2.*
d *Psalm. 110. v. 7.*
e *Eccli. cap. 2. v. 13.*
f *Tob. cap. 3. v. 2.*

§. V.

IDeò Paulus tam grauiter hortatur: Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo a. Paulinum hoc præceptum cum alto pectore combibentes sancti omnes Christiani, vt mori malerent, quàm semel mentiri, quod Iustinus Martyr testatur. Quapropter quicunque Christiani sanguinis vult censeri, caueat ne audiat discipulus esse diaboli, qui solus est magister, & auctor mendacij. Nemo sic lucellum amet, aut ignominiam metuat, vt animam suam mendacijs occidat. Si vos, inquit Christus, *manseritis in sermone meo*, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos b. Christianorum igitur omnium eadem vox sit quæ Lucilianæ: *Mentiri non est meum*: quicquid falsi est detestor & execror, manu, lingua, manus, oculi veritatem spirent. Neque mendacia solum, sed etiam affines mendacijs amphibolias & verborum subdolè instructas custodias, quibus auditor sic ianuæ illuditur, vt quid è duobus debeat credere, non despiciat. Caueatque similiter rerum exaggerationes, quæ vix vsquam sine mendacio, mendacijque suspicione adhibentur. Vnde fit vt ij qui sua solent adeò exaggerare, apud prudentes vix vllius sint existimationis. Nam eos plerumque maligniori fama inscripserunt, nec immerito dici solet de tali: Hic non mentitur quidem, sed nec dicit verum. Christianus quantus quantus est in verba veritatis iuret.

Apud Lacedæmonios olim legatus quidam Chius peroravit, sed oris ac frontis parum virili habitudine, facileque apparebat non solum ad fraudes compositam orationem, sed capillitium quoque inductum ac fucatum esse. Archidamus præsentis animi vir, & linguæ liberæ: Quid obsecro, ait, credendum censetis ei, qui mendacium capillis insertum? In hunc exemplum quadret, quæ in aulis vulgò iam percrebuit definitio: Legatus est vir bonus, peregrè missus, ad mentiendum Reipublicæ causa. Apage hos legatos à principum regumque Christianorum aulis: ad Garamantas eant hæc monstra, & pacem vel bellum mentiuntur, iuxta erit. Profanissimum hoc vulgus & odit, & auerit sapientissimus Regum, qui supremo Numini supplicat: Duo rogaui te, inquit, nec deneges mihi antequam moriar: Vanitatem & verba mendacij longè fac à me c. Cur tam sollicitum ab omni mendacio discessum tam auidè vrges, ô Regum maxime? Quia perspectum habeo quod oderit Deus hominem omnem: Abominatio Domino labia mendacia, qui autem fideliter agunt, placent ei d. Cum ergo Deus, summus sit amator veritatis, non potest non ei charus esse, cui chara est veritas. Assiduus ad hoc exhortator Paulus: Nolite, inquit, mentiri inuicem, veritatem autem facientes crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus e. Est sermone simplici, sed salubri & vera sic monstrans veritas: Intemperantia facit hominem belluam, Mendacium diabolum, Veritas Deum. Nolite igitur mendaces esse aduersus veritatem f. Hinc illud Senecæ sanctissimum monitum animo penitus assigendum: Ante omnia opera verbum

verbum veritatis præcedat te. g Quæ omnia Hipponensis præsulis testimonium confirmet: Elucet itaque discussis omnibus, inquit Augustinus, nihil aliud illa testimonia scripturarum monere, nisi nunquam esse omnino mentiendum. Non enim cuiuslibet commodi aut salutis temporalis perficiendæ fides prædicanda est. Quisquis autem esse aliquod genus mendacij, quod peccatum non sit, putauerit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum h. Supremo ac fatali Orbis die, fabellissima quæque mendacia ad solem detecta erubescent, gaudebunt omnes qui hostes fuere mendaciorum, triumphabunt omnes Veritatis amatores, quos æquissimus iudex regno donabit, immortaliter beato, non finiendo æternum.

a *Ephes. c. 4. v. 24. & 25.*
b *Ioan. c. 8. v. 31. & v. 32.*
c *Prou. c. 30. v. 6.*
d *Prou. c. 12. v. 22.*
e *Coloss. c. 3. v. 9. Ephes. c. 4. v. 25.*
f *Leuit. c. 19. v. 11.*
g *Eccli. c. 37. v. 20.*
h *Aug. lib. de mendac. capit. 21. epilo.*

CAPVT VII.

Quam variè & quam grauiter lingua Mordax noceat.

IN Occidentis India piscatorem volucrem ferunt, multæ admirationis, nomen ei Alcatraz. Hæc prominente rostro notissima incolis, plumas cinereas croceasque mixtim habet, rostrum ei dentatum palmarium est, & aut penè tota longius, simul etiam acutissimum.

Lingua est quæ congruo nomine *Mordax* dicitur, non absimilis Indicæ huic aui Alcatraz, siquidem, non tantum dentatos imperium habet, sed penè tota rostrum est, ad infigendos morsus aptissimum.

Hanc *Mordacem* linguam siue illa dentibus armata sit, seu rostro, animus est prosequi, sed breui dissertatione.

§. I.

EVstathius interpres Homeri, Cyprijs cū fuisse legem affirmat, vt si pecus alienas segetes depasceretur & vastaret, fundi possessori, dentes ei mutilare liceret posset. Lingua Mordax tam frequenter in alienos agros excurrit, & vbera quæque dentibus vastat, vt optandum prorsus, Lex illa Cypria reuiuisceret, de noxiæ ferè truncandis dentibus. Iam verò exclamē: O Lingua ossibus carens, sed ossa comminuens! O Lingua Mordax quam tibi dentes sunt acuti qui vel villa ad ipsas vsque medullas penetrent! Queritur Hosianus Psaltes: *Tota die cogitauit iniustitias lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum a.* Eccur officium mentis tribuit linguæ, quasi quid & lingua cogitat, & intellectus vice fungitur? Acutè & sapienter dictum, *Cogitauit*. Etenim lingua Mordax tam esse solet celer, quam ferè ipsa intelligentia: quod vitiosus cogitationi, non minus velox est linguæ morsus, vix aliter os pandit, & iam morsum secum abstulit. Sed hæc diuinæ vindictæ trutina est æquissima, vt qui alteri dentes suos dat gustandos, etiam alterius gustet, vt qui momordit, mordeatur. Id luculenter Abacuc prædicens. Nunquid non repentè, inquit, consurgent qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? b Sonus Rex David mordacitati curandæ remedium dictat, quale nec *Æsculapius*, nec Auicenna, nec Galenus, nec vllus Hippocrates, sed nec Apollo ipse suggesserit: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguam dolosam? Velut medicus loquitur, qui ægroti linguam inspicit, num ea sit adusta, num scabra, num liuore glutinosa, & ex his signis pronunciat: Quid ergo detur tibi, aut quid apponatur tibi? Sagittæ potentis acutæ. Hoc cogita, hoc frequenti meditatione versa: si in mordacem linguam tuam non coercueris, aliorum pariter in te linguas sagittarum instar acuendas, his iaculis confixeris, et quod tu alijs feceris, hoc ab alijs & ipse tuis experimentis feres. Talibus sagittis Deus rebellium contumaciam sternit. Mordeantur, qui alios morsibus appetiuerint. Neque vnquam deerunt, quibus vt instrumentis vtatur Deus. Rex David hos morsus fratrum: *Acuerunt, inquit, linguam suam sicut serpentis d. Dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus e.* Ferro & chalybe conflata sunt verba aliorum: si molem spectes, si velocitatem iaculorum alas præuertunt. In aegia Spalatensi hic

ipsam expertus est David, cuius famam complurimi dentibus, Doegi præsertim, fortè lacerabant. Sed nec fœmineum conjugem Micholem in se mordacem habuit. Hæc fœmina dentes impingere marito regio ausa est, nec tamen aliud sibi sumpsit convellendum, quam magnam in Deum pietatem. Audite mordacissimum os: Quàm, inquit, gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur unus de scurris. Quid potuisset acerbius dici aut mordacius? Compendium hic habes irrisionis, calumniæ, sarcasmi, scommatis, morsus. Neque tamen Rex David hic dentibus caruit, sed planè modestis, & qui defenderent potius, quam læderent. Vivit Dominus, inquit, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius (hoc habe mea Michol) & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo f. Qui venari vult apros, canis aliqua committat necesse est; qui certare vult dentibus, dentes sentiet, & morsus morsibus fideliter repellat.

a Psal. 56. v. 5.
b Abacuc c. 2. v. 7.
c Psal. 119. v. 3.
d Psal. 139. v. 3.
e Psal. 56. 5.
f 2. Reg. c. 6. v. 21. 22. 23.

§ III.

GErmaniæ ridiculum, ut videtur, imprecandi genus est, sed opinione gravius. Solent illi ioco, ut verba sunt, imprecari: Ut te masculus commordeat. Mallet quis mordeti à Leone, ut vel honesto vulnere insigniretur, vel ut morte gloriosa occumberet: masculi morsus infamis est. Lactantius egregiè docet, quo artificio Deus in ore humano fornicem struxerit: Sub hoc molli fornice, sub hac camera, palati lingua velut masculus cavo abditus latet. Et quamvis dentes, ossea cataracta porta sit obiecta, & quamvis labia, ossium corticeum sit oppansum, quod nec aura quidem penetret: hæc tamen quandoque omnia frustra sunt. Subito masculus ille prosilit, & celerrime mordet; quo nequissimos canes imitatur, qui per blandimenta accedunt, & dentibus repente invadunt. Sed nequam ille masculus, non pedes tantum, ut plerumque canes, sed digitos, nares, oculos, crumenam, & quicquid hominis est, admordet. Eorum lingua mordax, modò illius suspectas opes, illius modò ridiculam paupertatem, modò huius infacundam balbutiem, iam alterius incultos mores, iam quorundam supervacuas curas, iam aliorum (cum alia non petit) distortum os mordet. Raras habet feras lingua his morsibus assueta.

Proponit Tullius ænigma, quod quinque omnino litteris constat, triplici LLL. & gemino MM. Iurgium erat inter duos, quorum iste Memmius, ille Largius audiebat. Demum ut verbis pugnas accederent, etiam dentes firmarunt: præcipuè Memmius, qui ut causam commodius ageret, hominem cepit, & brachium Largii fortè corrosit. Hinc natum illud:

Lacerat lacertum Largii, mordax Memmius.

Hic equidem verè mordax est, non dentatis solum dictis configere, sed ipsos etiam dentes adiungere. Utrumque barbarum; utrumque inhumanum, alterum etiam caninum est. Hic Paulus severè minatur, atque: Si invicem, inquit, mordetis & comeditis, videte ne ab invicem consumamini g. Si descendant in certamen duo pugnaces, iurgiosi duo detractores aut lividi, & comedent & mordebunt invicem: videant ergo ne ab invicem consumantur.

Profectò mordax lingua non raro cædium caussa extitit. Heidelbergæ ante annos complures convivium sodaliter institutum, continuæ sub hoc iocis ac facetiis condiebatur. Erat inter hos convivas mordacior, quam facetior, & certum aliquem è præsentibus totum petiit. Alter iam aliquoties dictis mordacibus sauciatus cum ea sine artificiosè eluderet, nec patienter perferre posset, impatientia victus abiit è convivio, ultionem coquens in accenso pectore. Hoc autem in via apud se constituit: certo in tenebris loco operiri, & cum mordax adversarius esset transiturus, stricto eum gladio lacessere, & saltem in fugam compellere, ut esset quod in eo sorte rideret. Non fefellit hominem locus & occasio: adest adversarius in insidias delatus, hic alter stricto in eum gladio irruit. Sed nec ille cessit, cum probè insultum [illegible], quod etiam in pugna

prælia trudis internecas ita [illegible] vim vi repul-
tarat. Ergo indignatione maiori centum in ho-
stem insurgit, cuius poplitem ita læsit, ut ea
eo vulnere pauci post diebus fuerit mortuus.
Hanc cædem vna oris mordacitas patrauit. &
Vbi iam ad eadem [illegible] mordacitas, odia
certè immortalia inflammaturam.

Fuit ut in conuiuio aliquot principes Ger-
maniæ Maximilianum II. Imperatorem [illegible]
[illegible] expectarent. Sermones varij, &
TErtia linguæ politicæ vena est, Pharisaismus. Capitaliores hostes Hierosolymis non habuit Christus Dominus quam illos ipsos qui se sacrorum Antistites profitebantur, Pontifices, Pharisæos, Scribas, Rabbinos, legis interpretes, morum doctores. Hos omnes, æquatis hominum catenam diuersis, quæ Christo insidias moliebantur. Omnes, paucissimis exceptis, vapidam sub pectore vulpem gestabant. Nam vt odium atque insidiam tegerent, verbis Christum blandissimis affati: Magister, aiunt, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces *a*. Et vt verbis adderent facta, etiam ad mensam inuitatis apparatus conuiuia, nec quidquam vsitatæ humanitatis omiserant: legatos miserunt, consultantes quæstiones proposuerunt, etiam ægros curandos obtulerunt, nihilominus odium gesserunt aduersus Christum implacabile. Sed quia homines erant politicissimi, non aperto odio pugnarunt, consilijs spe... plerique ab illis gesta sunt. Atque vt omnia in Christum molimina sanctioris senatus auctoritas firmaret, principes sacerdotum, & seniores populi, primi ordinis senatores conuenerunt. Et quam illud tempore, quam politice propositum? Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem *b*. Ergo tollendum mature, ne quid Respublica detrimenti capiat: si pax nobis cordi sit, si vrbis incolumitatem amamus, clatus hic homini per linguam adigendus est, vt silere discat: conuenientissimus illi lectulus crux erit. Et quam etiam illud politice ac caute: Non in die festo, ne forte tumultus fiat in populo *c*. De politicis his linguis insigniter Augustinus: Temporalia, inquit, perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, ac sic vtrumque amiserunt *d*. Diabolus in vitro, & Lingua Politica in amictu holoserico admodum bene conueniunt, tam pares cum paribus facillime congregantur. Quod si Lingua Politica magnæ sit auctoritatis, plerumque multos trahit asseclas, benigne auditur, diligenter obseruatur, religiose colitur. Sed illa clandestina dolo tam noxia est, vt sæpe diabolus conatibus suis omnibus atque viribus tantum nocere non potuerit, quantum Politica Lingua vnica nocuit, quæ Pharisæo schemate augustiore incessit.

a *Matth. c. 22. v. 16.*
b *Io. c. 11. v. 48.*
c *Matth. c. 26. v. 5.*
d *Aug. tract. 49. in Ioan.*

§. IV.

QVarta linguæ Politicæ venenata vena est, *Herodianismus aut Machiauellismus*. Sicut autem Græci dicere solebant, Aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat, tanta in vtroque sensuum & dictionis similitudo: ita

nos absque injuria dicemus, aut Herodes Machiavellizat, aut Machiavellus Herodizat: ut cum eo similis est. Non solum Machiavellum pluribus commendatissimum esse, tuo alicubi infamem pene in utero, superioris hujus documentis imbui. Sed revera hic prudentiam excludit affectus, & subinde potius meminerimus nos esse Christianos; politica sic ut flammas, ut obtineamus aeterna. De Machiavello, ut semel dicam, idem profiteor sentio quod Justus Lipsius, cujus eam doctrinam & judicium, omnis eruditorum senatus [illegible] veneratur. Lipsius ergo in Politicam scriptorem illum ex aequo & bono pronuntians: Machiavelli ingenium, inquit, non contemno, qui utinam Principem suum recta duxisset ad templum illud Virtutis & Honoris! Sed nimis saepe deflexit (audite ô boni Politici, mali Christiani) immo saepe deflexit, & dum commodi illas semitas intente sequitur, aberravit à regia hac via. Machiavellus arguunt, sed saepe praeter. Hunc Justus calculum talit in Machiavelli libros. Nec aliter, puto, sentiet, quisquis eum sine affectu examinaverit.

Herodem ego & Machiavellum non male cotes dixero, quibus exacuuntur Politicae linguae. Suas certe his cotibus exacuendas Priscillianistae dederunt, quorum illud est: Jura, perjura, secretum prodere noli. Suam hic linguam & Julius Caesar exacuit: si violandum est jus, inquit, regnandi gratia violandum est; aliis rebus pietatem colas. Hinc & regium illud: Qui nescit dissimulare, nescit regnare. Dictum certe non malum, si melior huic fiat interpretatio. Nec certa Politicorum numerum fuit rex Hebraeus Saul, qui Davidi detulit connubium filiae, ut insidiaretur vitae. Rex ipse David certo quod similissimus, hoc cuspitis ingessit, qui Uriam è castris evocavit humanissime, sed tales illi commendatitias Bellerophonteas literas dedit, quae caput abstulerant Uriae. Politicam Absalomi linguam quis ignorat? Peregrinationem vovit haec vulpes, non ut Deo sacrificaret, sed ut paterni diadema excuteret. Idem Ammonem fratrem ad epulas invitavit, ut eum sanguine [illegible] propinaret. Sed herbam hanc in se omnium pernicitatis Herodianae stirpis nobilissimi tres surculi. Herodes Antipas à Christo vulpes nominatus, Joannis Baptistae tam [illegible] magis amicus fuit, ut illius caput in [illegible] pro fercalo afferri juberet. Herodes Agrippa minime degener Politicus, occidit Jacobum fratrem Joannis, gladio. Videns autem quia placeret Judaeis, apposuit apprehendere & Petrum, extremo Judaeorum favori. At vero Herodes Magnus Ascalonita, ille latronum dux & coryphaeus, qui quatuordecim millia Hebraeorum infantum jugulavit: Renuntiate mihi, ait, ut & ego veniens adorem eum. Quid fingi, dicique potuisset plausibilius? quam callide crudelitatem suam Politica velavit lingua!

Aleator mulierem aeque facetus & hilaris est, cum infelices subsiliunt canes, & cum accum perdit, atque cum Venerem jacit & aureum lucratur: Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem. Hic proba est Politicae linguae, non facile se nescendam praebet, prodiuam se vendit, cum nota esse incipit. Sed illa vel invita symbolum illud contemplemur. Est hoc: Crocodilus tergo insidentem vehit felem, addita hac inscriptione: *Fingunt & Mulcemus, ut fallamus.* Crocodilus animal amphibium aqua terraque vivit, antequam hominem invadat, lacrymis [illegible], lacrimas fundit, perinde si dicat: Me facinus tui causa doleo, ut mihi victimam obtuleris: quia tamen occasio me [illegible], adest [illegible], à nobili fera [illegible]. Non aliter se gerit lingua Politica: quid illa lacrymatur, quid miseratur? vel ad lacrimas [illegible] est. Sed cum occasionem sibi tam faventem habet, occidit, innocentes devorat, superstitem [illegible] discrimen facere. Haec lingua [illegible] illud animal est, quod intra manique ingentes edere strages inter triumphos suos [illegible]. Sane nocendi occasionem vix unquam negligit, ita tamen hoc agit, ut nihil minus quam hoc agere putetur, & etiam prodesse censeatur. In eo [illegible] felem dorso vehit. Felis non solum inter astutas animantes numeratur, sed etiam pene animantium mundissimum videri potest adeo frequenter nunc pedes lambit, nunc pelliculam lingua extergit, nunc pectus aut tergum polit, se totam assidue comit. Quid Politicae linguae aptius aut competens, quid ea sanctius? nil illa sine ratione molitur: confessa [illegible] saecula, & subinde, quod potes, vigeniis-

vigoratissimas: Plena venalium est, nec unquam illi deest quo se linguae dicta defendat.

a *Prima parte mentionem fecimus.*

b *Lipsius initio Politicorum post praefationem ad Reges & Principes de consilio & forma operis.*

c *h. 4. Aeneid.*

§. V.

Ulas sobi, & videbis quam illic venales sint linguae Politicae: Amicitia & sinceritas rara, tantum in sola nomen. Quam non multi sunt qui suadeant, quod decet, quod oportet. Principis enim frontem intuentur, ac in quam ille partem inclinat, in hanc se prono corpore propellunt. Iustum nimirum probumque illis, quod iustum probumque princeps iudicaverit. Dum enim placere student & offendere verentur, in sententiam illius eunt omnes. Non facerent, si principem, non fortunam illius amarent, aut si plus virtuti, quam commodis suis studerent: si maiora à Deo quam à principe sperarent. Nunc praesentium amore, futurorum obliviscuntur. Hi, sabide id solum spectant, ne gratiam quod delinquant in ira civile: contrarium, nullus amor religiones, nota nulla rerum sacrarum virtutis solidae neglectae maximas, sed occultas. Modo illis sua vita & sua quieti maneat, suaque deque vertantur cetera, id illos non cruciat. Reipublicae caussam agere videntur dum agunt suam: facilè loquuntur, ut efficacius fallant. Difficile est linguam tam astutam, tam politam & comptam suis dignoscere à melioribus. Quin ergo hanc paullò melius in lucem protrahimus & noscendam damus. Lingua Politica quod maximè solenne, saepe non audet negare; annuit ad omnia. De quo sapienter Brutus: Malè mihi videris, inquit, adolescentem florem aetatis collocasse, qui nihil negare audet. Et Plutarchus narrat Iaco quempiam dixisse, Homines Asiaticos ab eo in regem in servitutem redactos quod unam syllabam, NON, efferre non possent. Multos praeterea, quod negare nescirent, quae maximè negata vellent, saepe rem, aliquando etiam vitam perdidisse. Athenodorus Philosophus cùm missionem peteret ab Augusto Caesare, audiretque illam impetratam fore si pater virilem contentâ vitam praeceptam daret, dedit liberrimè illud: Domine, cum ira te stimulaverit, prius vigintiquatuor Graecorum literas recensito quam verbulum loquaris. Hoc sapiens liberumque monitum ita placuit Augusto, ut mox sententia mutatâ diceret: Tu verò mecum mane, tua opera mihi vehementer opus est. Sed aiunt Politici, alia nunc esse tempora, alios hominum sensus: tectius nunc agendum, nec ab ullo principe tam apertam libertatem tolerari. Erratis ô boni, sinceri: sunt etiamnum Athenodori, erunt etiamnum Augusti: sunt Ambrosii qui liberè moneant, non decrunt Theodosii, qui pacatè id ferant. Sed lingua Politica confundit & turbat omnia, aut importuno silentio cum loquendum, aut maligno consilio, cum tacendum foret. Silere est consentire, cum possis arguere. Nec malè Ambrosius monens: Si pro otioso sermone, inquit, rationem reddemus, videamus, ne & reddamus pro otioso silentio. Lingua Politica fallit & loquendo, & silendo. Sed licet tribunalia omnia fallat, non fallet ultimum. Quisque suae caveat linguae, ne politicam hanc vafritiem addiscat. Venite parvuli, adeste simplices, vobiscum loquitur Deus: Abite Politici, excelse fallaces, vos aversatur Deus: Cum simplicibus sermocinatio eius a.

a *Prov. 3. v. 32.*

CAPUT XVI.

Lingua temere Promittens quibus nec modis impleret.

Hieronymus Cardanus vir eruditus linguam bovis exsectam toto die palpitare asserit a: Tantum animae remanet, in hac animantis parte iam evulsâ, ut motus inde procurrat toto die. Addit & illud Cardanus: Si lingua inventa corpus in aquam coniiciatur, non tantum palpitat, sed & movet se, quod ego tamen inquit, nondum expertus sum. Cum hac tremula bovis lingua, non malè comparem vani promissoris linguam. Haec plerumque longa est & rebella, bovini esse dixeris, vanè se movet, praesertim cum vino immaduit, his illis plurima pollicetur, tamersi sui facit, domum sui eamus iam praemoneat, nec unquam facilè ducunt, quod eos vanas promisit. Hunc morem patiuntur,

sed demum ridiculus mus nascitur: promissa fiunt, sed non persolvuntur.

——— *Amphora coepit*
Institui, currente rota cur urceus exit b.

Figulus quandoque vas magnum clibano promittit, sed figuli manu celeritate sua praevertit rota, & ollula vel urceolus prodit. Sic lingua promittens opus sane amplissime procedit, & fidem audacter obligat: tandem magnum est nihil, nec promissis statur, nec fides luitur, & longa spes vano hiatu deluditur.

De robusta hac bubula temere Promittente lingua, quae nunquam non dives est pollicitis, hac dissertatione agendum.

a *Cardan. l. 10. de Subtil. mihi pag.* 245.
b *Horat. de arte poet.*

§. I.

Lingua quae Graeca fide promittit, triplici se malo implicat. Primum est, remorsus conscientiae. Alterum, jactura amicitiae. Tertium, restitutionis obligatio. De conscientiae punctione significanter Salomon: Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiae a. Coepert quidem nil promisisse, velletque, si modo posset honeste, resilire, interim promissis angitur, occultum conscientiae vulnus sentit. Sed nec levis amicitiae jactura hinc oritur. Qui plures cupit numerare hostes, pluribus daturum se promittat, nihilque det, & satis hostium habebit. Luculenter testatur Siracides: Est qui prae confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis b. Postulata vix audet negare, afficitur verecundia; Sed quia non vult, aut non potest pollicita efficere, amicitiam perturbat, aut dissolvit. Ea de causa Siracides monens: Non spondeas, inquit, *supra virtutem tuam* quod spoponderis; quasi restituens cogita c. Nec Deo nec homini quidquam pollicere, quod vel non possis praestare, vel non nisi difficillime. Promissis obligatum te noris ad tuam fidem liberandam: *quasi restituens cogita*. Da illis pactum, si dare recusaveris, eum quod promisisti. Ideo contendendum est omnino, ne quid illa more suo inconsiderate promittas, praesertim Deo. Horum non supplicia referam, qui promiserunt quidem, sed promissis non steterunt. Deus non irridetur, nec vanis pollicitationibus placari potest. Ideo David vaticinatur: Vovete & reddite Domino d. Fieri non potest, ut ille vitam quietam agat, qui Deo fidem fregit. Annos atque saecula recense, & hoc tales plerumque haeresum auctores deprehendes: veteres illos Luciferianos, Pelagium, Eutychetem taceo: priori aevo plurimi numerantur e coenobiis, qui olim Christo Deo fidem fefellerunt. De quibus omnibus vere dixeris, homini fidelis non erit, qui fidem Deo fregerit. Hic ergo lex ista sit: Priusquam promittas, delibera; postquam promiseris, ne procrastines. Vox, *umbra facti est; ergo utrunque consonet* e.

Hominem ore liberali magna promittentem Salomon hac imagine spectandum proponit: Nubes & ventus, & pluviae non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens f. Saepe Auster imbrium largissimas promittit pluvias, sed nubes pannis plerumque omnes nudant, nec guttulam fundunt; ita sunt homines gloriosi, qui pro certo pollicentur maxima & ea quandoque stipulata manu, interposito jurejurando confirmant, sed demum nubes omni pumice aridiores sunt. Lacessivit in monte daemon omnia mundi regna, & gloriam eorum, loquens manu demonstrans Christo: Haec, inquit, omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me g. Promissio longe audacissima, cui tamen suo praemia precibus alicui permittiare. *Nemo benefice pollicetur, quod suum non est, potest*. plerique linguam habent ubi ore longe lubricatiorem, cum Venusino vate magnifice spondent:

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Audiamus ergo:
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu h.

Tibi puto non immerito Plautinum illud obijciemus:

Bene promittis multa: ex multis omnia incassum cadunt i.

a *Prov. c.* 21. *v.* 18.
b *Eccli. c.* 20. *v.* 25.
c *Idem c.* 8. *v.* 16.
d *Psal.* 75. *v.* 12.
e *Iacob.* ver.
f *Prov. c.* 25. *v.* 14.
g *Matth. c.* 4. *v.* 9.
h *Horat. de Arte poet.*
i *Plaut. Pseudolo act.* 1. *Scen.* 1. *v.* 245.

§. II.

§. II.

IN pharmacopolijs pixidum mendacium nō [illegible] repertū est. Stant illic decora serie quadra complures, suis quoque signata titulis, grande valetudini auxilium pollicentur: hęc saccarum rosarum, illa flores violarum, illa Rhabarbarum, hęc unguentum violarum, aliæ Cassiam, Mannā, & speciosissima quæque nomina præ se ferunt. Aperi quæso, & latentem thesaurum scrutare; in plurimis illarū araneas & inanem telam reperies: Ita vani promissores [illegible] stipulationibus onerant, & hiantem verbis [illegible], cum explicandæ sunt manus, cum dandum est, negant illi se domi esse, quod Ennius Nasicæ respondit. En [illegible] & [illegible], & plurimi nō sequuntur. Quibusdam scilicet exiguæ sunt manus & adstrictæ, sed lingua prodigalissima, largissimè promittunt, promissa tamen nunquam confectum. Præclarū, aiebat Phocion, non magna dicere, sed magna facere. Quos sponsalia solis constitutionum pollicitis [illegible] cubiliq; ampla doti pecunia dicitur, nova sæpta domum deducitur. Ubi nuptiæ fuerunt, sola restitit [illegible], iamque inter lares domesticos Dearum præcipua est, splendida Paupertas. Eadem sæpe ratio in contrahendis ac firmandis amicitijs servatur. Est qui dicat: Me tibi semper amicissimum habebis, fores meas seu interdiu seu noctu pulses, illas nunquam non patulas, me nunquam non promptum reperies; vel unā tecum animam partiri si liceat, non recusavero; mea tibi omnia patere cogita, ad ipsum usque [illegible] in hoc promissionum [illegible], domus [illegible], [illegible] flumina, frumenti montes, [illegible] promittuntur. Cum ventum ad rem, post malam [illegible] iterum nemo [illegible] est. Abi amice, abi: de verbis plurimum, de factis nihil habebis. Quod si huic [illegible] hominum tam turpem magnificæ promissionis inconstantiam objicias: Quid vultis vos, aiunt, humani moris ignari? verba honoris erant; hæc neminem ligant. Album vobis [illegible] [illegible] quod pisci dico [illegible], sed cum illum fumo [illegible], [illegible] nimis [illegible] Quibus Valerianus aptè respondeat? Inde est, inquit, quod inter [illegible] amicitiarū fides [illegible] Inimicitias [illegible] est in dixisse, promissa denegasse.

[illegible] genus est, cuius [illegible] [illegible] parietum, [illegible] [illegible], sed hæ ad [illegible] faciem [illegible] sunt habitu[illegible]: [illegible] non tantum non sedant, sed & iram excitant. Huic placentæ simillimi sunt illi amici, quorum ... sunt promissores, qui verborum plurimum habent, rei nihil. [illegible] amicitiam [illegible] est [illegible], [illegible] magna pernicie.

Mendacium est [illegible] globus, qui quo [illegible] volvitur, atque revolvitur, eo fit major: promissum quod non exsolvitur, honestum ac palliatum est mendacium, nec absimile [illegible]: sed hoc [illegible] [illegible] re [illegible] ad solem, [illegible], cum [illegible] vana promissa [illegible] vilis terra obruuntur. Rectè monuit [illegible]: Si [illegible] implendæ facultas non suppetit, temerarium est promittere, quod præstari non possit. Si vero potestas assentit largiendi, nisi voluntas beneficij ponderat effectum, promissor non gratiam de promisso, sed maculam contrahit de [illegible].

Siracides vanissimos promissores hos graphice depingens: Donec accipiant, inquit, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam: Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum: & tempus causabitur. Si autem potuerit reddere, adversabitur, solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inventionem. Sin autem, fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis: & convicia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Ita solent hi tales oris mercenarij homines, cum eos rigida premit necessitas; quam aliunt vociferantur: Iona, obdormisse, iona! [illegible] [illegible] me tibi obstrictum habebis, nec gravitatem mihi opem conferre; me sane gratissimum experieris. Sed ubi per [illegible] eluctatus est [illegible], promissionis suæ vix iam memor, [illegible] tempus capere, ad si non impetret, [illegible] [illegible] molestus erit. Nunquam hoc spondebat. Cum Deo se agere plurimi, cum aut morbo aut alijs exercentur calamitatibus, amplissima quoque pollicentur: [illegible] commendationem suæ, castissimam vitam fa[illegible] [illegible]; [illegible], [illegible], [illegible]

emudant; sed promissa non perficiunt, sibi serviunt, non suo servatori. Ipsissimus Iudæorum hic genius est, cui plures infigniores quærenti reperis: Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Cito fecerunt, obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius. e Sic divina beneficia pensabant ingrati. Quod Hieremias vates obiicit: Numquid, ait, redditur pro bono malum? f Non est Deus quasi homo ut mentiatur: fidelis Deus in omnibus verbis suis g. Ergo si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcunque voveris redde. h

a Cic. l. 2. de Orator.
b S. Valerianus hom. 4.
c Io. Sarisber. l. 3. de nugis Curial. c. 21.
d Eccles. c. 19. v. 5. ad 10.
e Ps. 106. v. 6. 13. 19. 28. Ps. 105. v. 13.
f Hier. c. 18. v. 20.
g Ps. 144. v. 13.
h Eccles. c. 5. v. 3.

§. III.

NOs Dei negotiatores & agricolæ sumus. Nobis dictum est: Negotiamini dum venio a. Sua cuique negotiatio est, modo eam bona fide tractemus. Porro ut agricolæ monemur: Nemo mittens manum suam ad aratrū & respiciens retro aptus est regno Dei. b Si ergo mercatorū & agricolarum munus nobis commissum, meminerimus ab his maxime fidem obligatam exigi. Sed nos æstivum cælum æmulamur, hoc si mane auroram rutilet, & nescio quam serenitatem polliceri videatur, vesperi pluvias ac tempestates fert: ita sunt homines plerique qui liberalissime promittunt, promissa minime persolvunt. Sed hoc pessimæ famæ est, quæ omnem boni nominis nitorē extinguit. Nulli homo creditur, qui pollicitationes suas, velut leges suos canales mutat: ii olim mores erant, ut vnicum gratiosum Ita vel Non, aut mutua manu confirmatum habeatur pondus, quam instrumentum septem sigillis consignatum. Nunc quandoque consignationem & stipulationem omnes negando mentimur. Bilbilitanus vates hunc talem vanissimum promissorem facete sic irridet.

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai,
Vincam te donis, muneribusque meis.
Accipe Callaicis quid quid fodit Astur in arvis.
Aurea quicquid habet divitis unda Tagi.

Donans more suo colligens, quicquid sparsim dixerat. omnia, inquit, bona tibi dono, sed eo modo, quo tu soles donare: nihil das, nihil accipe. c

Quicquid habent omnes accipe quomodo das.

Gulielmus Peraldus, Lugdunensis præsul doctissimus, horum immemor, hanc sibi quæstionem sumpsit discutiendam, quæ omnium arborum stultissima, quæ vero sit omnium sapientissima. In eam denique sententiam descendit, ut omnium arborum stultissimam pronuntiaret Amygdalam, quæ primo vere floreret, suosque flores periculo committeret, ultimo pene autumno fructus maturos porrigeret: At contra Morum sapientissimam esse, quæ omnium ultima floreret, & frondeat, & pene prima fructus offerret: Stulti sunt amygdali, promissores illi qui intempestive quid velint, quid possint garriunt, iactantque grandia: arbores enim tardius flores, sed citius fructus ferunt: tarde promittendum, sed mature perficiendum est promissū. Hoc tamen de promissis licitis dictum velim, nam si sint iniqua, nec impleri possint, nisi Deo, divina lege, conscientiaque læsa, etsi millies promiseris, nunquam tamen standum est promissis.

a Luc. c. 19. v. 13.
b Idem c. 9. v. 62.
c Martial. l. 10. Epigram. 16.

§. IV.

IPso iure cautum est, ut nulla promissio quæ turpem aut nullam habeat causam impleatur. Herodes qui saltatriculæ societatē regni promisit, sicam potius reperit, quam dimicam Baptistæ caput secuerit. Ita recte Isidorus: In malis promissis, inquit, rescinde fidem; in turpi voto muta decretum: impia est promissio quæ scelere adimpletur. a Nos quod de promissione constantia diximus, tam in promissis æquis ac honestis necessariam affirmamus: in his profecto turpe est, diverticula, cavillationes, effugia, callida glossemata quærere. Nam, quod obligatam Livio,

peri-

perfidos nunquam verba deficiunt, cui pacto non libent, semper aliquam fraudi speciem verba imponunt. Ideo si Tullium audiremus; Semper in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum est. b Quod affirmate, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. Quisquis eam induit audaciam, vt promissionem quam iuratus fecit, rescindat, is paullatim promittere, & omnes Deos iurare, fidem nihilominus fallere audebit. Petrus cū se Christi discipulum primitus negaret, non iurauit, cum easdem voces secundum repeteret, iuramento & tunc abstinuit. At vero cum tertium suae ipse promissioni contradiceret, cœpit detestari, & iurare. His gradibus itur ad periurium. O Petre, quā longe alia promiseras! Caput tecum votis obligaueras; carceris imo & mortis societatem conceptissimis verbis pollicitus. quantum distiterunt hæ voces in Caiphæ atrio, ab illis in Christi cœnaculo missis! ille leonem spondebant, hæ ceruum timidissimum arguunt. O Petre, quisquis promittit, debitor est, & veritatis vrgente sententia sponsionis fidem compellitur implere.

Non est amici polliceri, sed dare.

Valde deformis Oratio, si rei non consentiunt verba. Accedamus hanc humanitatem Deus, quæ tam expedita est promittendo, tam adstricta præstando. Vult ille homines inter se sincere agere, nec linguam tam procul abire ab animo. Et quemadmodum Deus mutuum à nobis amorem exigit, sic mutuam quoque fidelitatem, quæ amoris filia est. Nec pœna illos claudo pede sequitur, qui fidem aut negligunt, aut violant: Quoniam qui malignantur, exterminabuntur. c Malignari, est, ingratia in eo polliceri, plausibilibus verbis decipere, in spem maximam impellere, verbis depositum esse, re ipsa Euclionem agere. Et quid hic moribus vulgatius? Nec illud vulgi carmen à vero abscedit: *Mundo mille cum peractis, nulla fides est in pactis, mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis.* Manus ergo longas & liberales, linguam modicam & breuem habeamus. Longę sunt manus, quæ Artaxerxi cognomen dederunt Longimanus, quod praesentibus atque absentibus aperta porrectaque manu benefaceret. At vero lingua sit adstricta & breuis, quæ non in longas legos, aut prolixas deplorationes, aut multa promissa excurrat. Ita promittite, vt promissa perficiat. Displicet Deo infidelis & stulta promissio. d

a *Isid. l. 2. Solilog.*
b *Cic. l. 1. offic. & l. 3.*
c *Ps. 36. v. 9.*
d *Eccl. c. 5. v. 3.*

Q

Linguam QVERVLAM *debiti vestiendum Ionas Hebræis vocat. An sub Hedera, an vero sub Cucurbitæ umbra consederit Ionas, non disputamus. Nos hic cum 70. Interpretibus & ad mentem Augustini a plurimis Cucurbitam. Litrum alij desinunt. Vide C. 8 § 4.*

Porro lingua MVRMVRANTIS *&* QVERVLA, *verum discrimen est, etiam illud: Lingua Murmurans suspiciens sua se frenatis fatigat, sibi canit, & sua damna, quamuis pessime canat, & ima voce. At vero Querula plerumque aures alienas quærit, in quas lamentationes ac questus suos expurgatur. Atque hoc fusius dicto capite descripsimus.*

a Aug. ep. 10. ad Hieron.

Q

CAPVT XVII.

Lingua Querula multiplicia suæ improbitatis dat specimina.

PLutarchus peritissimus ille morum magister, elegantem inter cæteros libellum de garrulitate vulgauit. In hoc scripto refert ab *Amasi Ægypti* rege Bianti seu missum bouem iam in victimam assatum, & simul monitum Biantem, partem bouis & optimam & pessimam eximeret. Ille linguam exemit solā, & remisit cum dicto, Nil peius, nil melius esse lingua. Dictum ex tripode credendum.

Post tot linguas tam pessimas non meliorem prioribus dederit lingua quam *Querulam* vocant, monstrum horrendum, ingens quod ab improbitate multiplici, Orbi toto notissimū est. Hanc linguam hac dissertatione simpliciter explicandam.

§. I.

§. I.

Lingua Querula iam ubique potens est, ut suis querimoniis Orbem impleat, nec ea unquam primum caput Geneseos potest addiscere, tam stupida & nullius memoriæ est. Geneseos liber narrationis principio hoc testatur: Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona a. At vero lingua Querula in rebus omnibus mali quid invenit quod deploret. Et quamvis hæc lingua, Christianam os occupet, occultis tamen & obliquis questibus Deum ipsum lacessit, cum vix ulla res creata sic illi probetur, ut de ea non conqueratur, sed inaniter & impie. Ecclesiaste monitum est: In die bona fruere bonis, & diem malam præcave: sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum iustas querimonias. b Deus olim Abrahamo de Ismaele ex ancilla nascituro prædicit: Hic erit ferus homo; manus eius contra omnes & manus omnium contra eum, & è regione universorum fratrum suorum figet tabernacula c. Talem plane se gerit lingua Querula, omnium hostis, accusat omnia; quicquid ei displicet in eo facit & schoenum movet. Linguarum querularum infestus est Orbis. Vbi domus, ubi Xenodochium, ubi cœnobium, ubi palatium est, ubi latebræ ullæ sunt, in quibus non scena his linguis perstrepant? Et quemadmodum diversissimi palati in discernendis cibis ita difficillimi genij sunt in effundendis querelis. Et quid, obsecro, in rerum natura est tam sanctum aut laudabile de quo nemo conquerantur?

Lingua Querula toto die abunde habet quod queratur; & ut sibi semper similis sit, ad diei auspicium, cum adhuc in lecto incipit eiusmodi querulas voces spargere: Equidem non satis diu dormivi; pessimus canis somnum latrando sæpius interpellavit: & iam importunus excitator adest, & rumpit quietem. Subinde & id reprehenditur tanquam nimium moratus in via: & quando tandem, aiunt, lucescet? Cum orali vestiri, cum vestes iam induendæ, querelæ novum instaurant; hoc plus æquo folliculat, hoc nimis strictum, hoc laxum nimis est, illud non satis adhæret corpori, hoc pedi non apte respondet, illud nimis rugosum est, hoc planum nimis. Cum libri aperiendi, cum manus admovenda chartæ.

Tum querimur, crassus calamo quod pendeat humor.
Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.
Dilutas querimur, geminet quod fistula guttas d.

Neque hic querelarum finis. Iam caput dolet, iam stomachus resolvitur, iam distillationes vexant, nunc malum in humeris, nunc in cruribus est; iam calculus infestat, iam dentes vexitant, iam angina cruciat, iam cibi fastidium affligit, iam alia atque alia conqueritur, sæpe plures morbi quam membra; quia unum subinde à diversis doloribus cruciatur: hos autē aperire, consiliū petere, remedia quærere minime vetitum, nec indecorum, at vero queri & cū indignatione miserias suas deplorare, sapientis linguæ non est. Hæc lingua querula spuma est. Quod si plures eiusmodi lamentatrices linguæ conveniant, tum iam plenis cibijs cantatur. Vix autem unquam deo colloquuntur, quin aut novas fabulas, aut veteres querelas referant.

a Gen. c. 1. v. 31.
b *Eccl. c.* 7. *v.* 15.
c *Gen. c.* 16. *v.* 12.
d *Pers. Sat.* 3. *v.* 17.

§. II.

Fuit ut viri duodecim magna familiaritate coniuncti sermonem ita conferrent, ut quilibet querelarum aliquid in commune diceret. Primus, in tempestatem & cœlum peroravit, quod modo ut nimbosum nimis & tempestuosum, modo ut nimis serenum ac siccum accusavit: modo ventos, modo malaciam, modo imbres, modo siccitatem nimiam, modo nimios æstus, modo frigora nimia; iam inconstantiam & instabilitatem aeris reprehendit. Et en, ait, quam hæc fœda est, quam turbida, quam atrox & immoderata tempestas! Ita huic dicendi & conquerendi materiam præbuit cœli serenitas, & gravitas. Ita nec cœlum nec Deus placere omnibus.

Alter, in uxorem querelarum plaustrum exoneravit. Uxor mala, inquit, quam gravis quam longa, quam intolerabilis crux, Dij Deæque qualem ego nactus sum uxorem improbam oppido, & vix unquam tacituram,

 nisi

nihil eum decenis, sed & in somnis queritur Canicula, intercessit.

Tertius, stipendium ac salarium tam suum, quam aliorum iniquè vocauit: Maximis, inquit, ac continuis laboribus vrgeor, fatigor, ac stipendium perquam tenue, & exiguo ludicro autem perquam tenui, & exiguo Iudificor: quis semper tam modico viuam soldificor: quis semper tam modico viuam solidior? equidem domino meo placere, si laborem vt alium, auram congerentem, et gryphes foliis vestitarem, et bombyces, haec queror; domini mei auaritia nimis vilem penè frusculum praebet.

Quartus in magistratum copiosè bilem effudit. Et quis, ait, non queratur? Magistratus in quosdam tam facilis ac clemens est, in alios tam rigidus & seuerus. Dat veniam coruis, vexat censura columbas. Hic offam iniicit, alteri caedendum est, hic dimittitur noxius, ille insons punitur, Disciplina deseritur, commiscentur, amplum est sceleribus patrocinium. Et quis tot pecuniariis exactionibus par sit?

Quintus, in annonam querelas plurimas euomuit, annonae strictior videri potuisset, tam grandi supercilio pistores omnes damnatam grandi, sup, pistores omnes damnauit, seruum panis pondus, farinam, optimam denit, seruam panis pondus, farinae, optimam esse causatos. Ita querelas in Curiam, pistrinas, molendina, granaria, frumentatores & inanimatos panarios effudit longissimè.

Sextus militiam sibi sumpsit querelis lacerandam. Hic, aiebat, nimis lenti sunt & cunctabundi, hic praecipites nimium, hic vero nihil sit: hic honores desunt, hic mantum, hic conciliam militare hallucinatur, hic à ducibus est metus, hic auaritia, hic superbia omnem militarem successum corrumpit: ita rem bellicam vanè deplorauit.

Septimus, de templo & diuino cultu est questus. In hac aede, dicebat, concionem inquietum; In hac aede, dicebat, concionem quam pauci, tamen nimis breues, in ceteris quamdiu expectandum, dum rei diuinae initium fiat? hic errare in cantu, illic in ceremoniis; hic omnia nimis operosè fiunt & morosè, illic neglectum & nimis perfunctoriè; illic confectarii vehementes nimis, & impatientes sunt, alibi nimis nimium & planè frigidi, ac propemodum elingues. Singulae vera, singulis tamen querelis non sunt contemnenda.

Octauus, in ancillas & famulos querelis grassabatur. Hi homines, inquiebat, nimis iam imperiosi, contumaces, pigri, insatiabiles sunt, nullis iussibus, sed nec Martianis imperiis in officio satis continentur.

Nonus, in sacerdotes & viros religiosos examen querelarum emisit: Et illi quidem, aiebat, poculis rem agunt: hos essert superbia, illos inquinat auaritia, illos perdit otium, hi sacra bona Dei non ignorant. Sic à querelis ad detractiones transitur.

Decimus, vitiosissimum aeuum & degeneres ab suis posteros querebundus defleuit, nec dixit, Ego neque scelestiorum hominum pars famosa sed omnem tempori culpam impegit.

Vndecimus, Dei familiares & apparitores, Morbum, Mortem, diabolos querelis onerans: Mors, inquit, immanissima praematurè mihi amicorum optimum abripuit: illic tragoedias diabolus tragicissimas excitauit, caedis & malorum omnium mandatos. Huius hominis querelae vix ipsi Deo pepercerunt.

Duodecimus, in suos obtrectatores & inimicos innumeras querelas ore pleno euomuit: Hic, inquit, toruis me oculis intuetur: hic salutantem non resalutat; hic asperis in me verbis inuectus est. Querulus iste homo non ante querelarum finem fecit, quam alii eorundem telam ordirentur repeterentque querelas iam auditas, quod linguae huic proprium, idem saepius occantare. Atque hi sunt, vt Thaddaeus Apostolus loquitur, murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba a.

a *Iudae epist. Canon. v. 16.*

§. III.

Porrò quid vos, auditores, de his sentitis quis horum primum praemium obtineat? Sic sentiemus & ita consulamus, primum praemium deberetur illi, qui sic queritur, perinde si diuina dispositio ei non perplaceat, & idcirco modum Deo constituendum censeat. Alterum praemium ei deberetur, qui magistratum querelis suis allatrat: non exiguè ita momenti est, iudicium agere velle iudicem. Iustitiis consistit, qui tot tantasque querimonias de aliis hominibus habet, vt eum primùm tenens Apertissimum Christi dictum est: Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis a. In Mosen & Aaronem Iudaei querelas plurimas congesserunt Sed

runt. Sed illi querelis responderunt: Non contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum b. Verum duodecim illis querulis censoribus homines respondendum est, sua quemque censura feriat.

Primus de tempestate & iniurijs cæli questus est: Respondemus: Homo potentiæ non ignarus, contra neminem magis quam seipsum queritur. Diuinam Ordinationem non tangit. Illud verum assiduè ingeminat: Bene omnia fient c. Hominem aliquis precari? Non aliud fecere quam hoc repete: Quis ego sum, qui iudico seruum alienum? Domino suo stat aut cadit d. Sed nec contra rem aliam creatam queritur. Alter de vxore questus est. Respondemus: Quod tute tibi intriuisti, tibi exedendum est. Vxorem habeas vt nactus.

Tertius de suo salario questus est. Respondemus: qui non nescit se frustra & incassum queri, nec tamen querelas desinit, is nummos suos in pertusum sacculum mittit; quieti suæ consuleret, si taceret.

Quartus contra Magistratum questus est. Respondemus: Qui ineptus erat in gubernanda domo sua, statim magistratum accusat, qui vrbem aut prouinciam gubernat. discat ille prius paruulos suorum regere, vix demum alios docere poterit, qua ratione populus sit regendus, ita in alienis Lynces, in nostris talpæ sumus.

Quintus de annonæ caritate questus est. Respondemus: Vbi demum omnia & vbique locorum ad rectissimam amussim erunt composita, nos non amplius erimus superstites. Hoc interim te ostendamus, vectigal magnum esse parsimoniam: pistoribus & molitoribus sui sunt iudices, qui farinam inspiciant; vitam nos nostram inspiciamus, & illud sæpius cogitemus: Bona verba non raro meliora esse quam dona.

Sextus contra collectis militiæ rationem questus est: Respondemus & vna quærimus: Quot collecto querulus hic homo stipendia fecit, quibus ducibus militauit? an vnquam in hostem gladium strinxit? an vnquam plumbeam glandem emisit? Ergo, ne sutor vltra crepidam. Milites de armis, Mathematici de stellis, architecti de ædificijs, nauarchi de ventis, medici de morbis eruditius, quam alij loquentur.

Septimus de templorum administris & maximè de concionatoribus questus est. Respondemus: Qui sine peccato est, primus in illos lapidem mittat e. Vbi quis munus suum exactissimè, & ad vnguem castigatum fuerit, alios forsassis rectius docebit.

Octauus de famulis & ancillis questus est. Respondemus: Aut talis nunquam seruijt, aut seruitiam omnem prodidit. Plato, ait, neminem regem non ex seruis esse oriundum, neminem non seruum ex regibus f.

Nonus de sacris hominibus & religiosis vitis conquestus est. Respondemus: Vtis mundū constituamus hac ratione, si quisque patrisfamilias, vitam publicam aut ædes suas conferret mundam, reliqua curabit magistratus. Optima scitum est. Nemini sit: qui in glam noxit, in alios non temerè sententiam dicet: Deinde iniquum est, vno delinquente omnes accusare: De Religiosorum domibus idem penè dicendum, quod de sua Augustinus: Neque mihi, ait, arrogare audeo, vt domus mea melior sit quam arca Noe, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus est; aut melior sit quam domus Abrahæ vbi dictū est: Ejice ancillam & filium eius &c. Aut melior sit quam cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua vndecim boni perfidum & furem Iudam tolerarunt; aut melior sit quam cælum ipsum, vnde Angeli ceciderunt g.

Decimus de temporum iniquitate questus est. Respondemus: Senecæ coniux famulam habuit Harpasten fatuam, hæc subito desijt videre, se tamen cæcam esse non sciuit, adeo totam domum vt tenebrosam accusauit, tenebras in ipsius oculis forent h. Idem nobis accidit, accusamus tempora, cum nostra sit culpa.

Vndecimus de morbis & morte questus est. Respondemus: Olla olim de figulo questa est, quod eam patientissimè: at nemo hanc querelam non stultissimam dixit: hoc ita figuli est fingere vasa & frangere prout ipsi placeat.

Duodecimus de suis obtrectatoribus & inimicis questus est. Respondemus: Augustæ Vindelicorum duo religiosi viri ostiatim mendicarunt: his pro stipe homo improbus restim porrexit, quem illi reuerenti osculo acceperunt & gratias egerant, ædificio suo rem forte pery

te pery

te [illegible] affirmantes. Omnium [illegible] corum nostrorum negotiæ & [illegible] sunt & [illegible], quibus nostra omnia, nostque ipsi [illegible] in cælum. Quid ergo habemus tales querelæ? gratiæ potius sunt agendæ.

a Matth. c. 25. v. 40.
b Rom. c. 16. v. 8.
c Marc. c. 7. v. 37.
d Rom. c. 14. v. 8.
e Io. c. 8. v. 7.
f Sen. epist. 44.
g Aug. epist. 137. ad Clerum & pop. Hipp.
h Sen. epist. 50 [illegible]. i 2. Reg. c. 19. v. 28.

§. IV.

SEd obijcias: Ergo anxias & acerbas ægritudines explicare non licet? imo vero licet, sed eo loco atque ijs hominibus quibus oportet: hoc non est querelam effundere, sed medicinā petere. At vero cum multis aliis, & passim molestias suas oggerere, conquestio est [illegible], & plerumque damnosa est. Deinde inter querelas ita nonnunquam efferuescit animus, ut tacito passu ad obtrectationes & calumnias fiat transitus, quas non istas querelas nominamus. Sed obijcias iterum: Quia adeo [illegible] est, ut cum fuerit se non nisi vera locuturum, querelas tamen omnes comprimat? quandoque solatio est eas effudisse. Si effunduntur in amicum fidum, à quo consilium spectetur vel auxilium, subinde non obfuerit: at vero querimonias vbique spargere, omnium aures fatigare, malum asperat, & vicus facit grandius, præsertim si hoc resciscant illi, de quibus querimur. Quamuis & ij nec [illegible] sunt, quos querelæ petunt: ne ea quæ de se dici audiunt, contemptim transeant; verbis [illegible], & acerrimas querelas; ne dicant seruis & subditis numquam desunt intempestiuæ querelæ: quia potius examinent rem quæ aliorum querelas prouocat, an ea nihil æquitatis habeat, [illegible], num [illegible] possint, num parcere debeant, an nonnihil cedere, & onus leuare conueniat. Iniquum est si domini omne sibi jus in seruos aut subditos tribuant? Nemo bonus judex in caussa propria.

Sicuti Rex David à Ioabo, quem suę militiæ præfecerat, acerbissima querela flagellatus, non tantum hominem benignè audijt, sed & [illegible] est, quod suis [illegible] dictaret exequendum. Nunc igitur surge & procede, inquit Ioab, & alloquens satisfac seruis tuis. Surrexit ergo rex, & sedit in porta a. Quid potuisset minus aut dicere, aut facere potentissimus regum ad querelas acerbissimas? Has audijt mitissimus regum, sed non retorsit, sanctum illud potius expressit: Domine vt iumentum factus sum apud te & ego semper tecum b. jumentū accuso nihil [illegible], de nullo conqueror, nisi de me ipso, paleis aut hordeo pascar, sileo iumentum sum.

Hebræus propheta Ionas, non semper Domini iumentum esse voluit. Et hic ipse est qui [illegible] querulæ linguæ specimen præbens, contra diuinos jussus varie conquestus est. Cumque iam penè non haberet contra quem quereretur, in res inanimas linguam querulam exercuit. Nam hederam c à [illegible] perosam grauibus querelis conuasit. Cui Deus: Putasne, inquit, bene irasceris tu super hederam? Cui Ionas audacter: Bene irascor ego, vsque ad mortem d. En iudicem, sed malum & [illegible]: qui caussam propriam censet æquissimam. Quemadmodum igitur par est ut magistratus & domini, seruorum ac subditorum querelas, non primo aspectu rejiciant, sed examinent atque perpendant, ita subditi suas querelas non pertinaciter, velut æquissimas defendant. Sæpissime vtraque pars errat, errorem suum & corrigere neutra vult. Hic imitator Christi prudenter: Domine, inquit, quid possum conqueri, si me deseris? Si recte me inspicio, nunquam mihi facta est injuria ab aliqua creatura, vnde me iuste habeo conqueri aduersum te e. Iumentum nec de pabulo, neque de lecto, neque de domicilio queritur. Cum sapientissimo rege sapis, qui hoc idem de se affirmare audet: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

a 2. Reg. c. 19. v. 7. & 8.
b Psal. 72. v. 23.
c Interpretes 70. aiunt fuisse cucurbitam. Nos hic editionem vulgatam sequimur.
d Ionæ c. 4. v. 9.
e Imit. Christi lib. 3. c. 40. & 41.

§. V.

§. V.

ISaias diuinam beneuolentiam pollicetur: Si, ait, abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest: tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis & dicet, Ecce adsum a. Primo omnium auferenda est catena. Heu quam misera est vita, quae noxas noxiis, scelera sceleribus velut annulum annulo connectit; soluatur haec catena, & redibit diuina gratia. Alterum est, continere digitum, & minare, ut illi solent: minaces, iracundi, illusores intento digito loquuntur. Tertium est, si desieris loqui quod non prodest. Inter sermones perniciosos inquies quod inutilissimus est querela, quae rarissime prodesse, fere semper nocere solet. Iobus quem, inquit, querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi b. Sint querelae verae, sint iustae, sed quid tum postea? quid querimoniis caeamus? caussam bonam vix unquam adiuuant; caussam malam plerumque deteriorem faciunt querelae. Ergo desine loqui quod non prodest: Siracides etiam hortatur: Fili in bonis non des querelam, & in omni datos c. Tot sanctissimi martyres minime omnium queruli fuerunt, quos Ecclesia vel ideo etiam veneratur & laudat: *Non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito mens bene conscia seruat patientiam.*

Hanc laudem inter optimos tulit sanctissimum par coniugum Zacharias & Elisabetha. Nam erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, sine querela. Nemo de illis queri potuit, sed nec ipsi de aliis questi sunt; sancte sua contenti vixerunt, vixere *sine querela.*

Poëtae dicere solebant, non decere sapientem, modo in hunc, modo in illum declamitando, veritatis oculis caliginem offundere. Male audit de quo dicitur: *Est homo querulus, nemo ei satisfacit, cum omnibus iniuriam expostulat.* In viro religioso hoc grande vitium est. Quamobrem abbas Pastor dictitabat: Qui querulus est, monachus non est. Homo, religioni addictus non facile de re ulla conqueretur, instat tamen [illegible], cum fortune omnes [illegible] domini pendent. Monstrosus, ut dicam, monstrum nihil peius coenobia querulus, quam asina loquens.

Hominem sibi probatum Ecclesia hoc eincit encomio: Ecce homo sine querela, verus Dei cultor & permanens in innocentia sua. De querulo meritis vocibus canendum: Ecce homo plenus querelis, nugatus sui cultor, & permanens in stultitia sua, quidquid ad suum stomachum non facere putat, respuit. Tamen inter omnes patientissimos Iobus & vnice aestimandus, qui a Satana tam dire habitus ut nihil sui corporis haberet, quod sanum diceret praeter linguam, fortassis non [illegible], ut eam in querelas laxaret, ut caelum omnesque caelites conuitiaretur, ut hostibus suis votis pessime precaretur; Et tamen in omnibus his non peccauit Iob labiis suis d. Ipse quidem de se affirmat: Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Laesa & afflicta erant omnia, vna superérat lingua, quo vsus est non ad querelas, sed Dei laudes & gratiarum actiones: Sit nomen Domini benedictum. Non est melior, non est breuior, non est sanctior cantiuncula, in miseriis & aerumnis, in rebus aduersis omnibus quam hoc ipsum Iobi canticum, Sit nomen Domini benedictum. Nihil agimus querelis, nisi quod caussam nostram plerumque labefactemus, perinde vt qui funiculos implicatos nec soluere potest, nec rumpere, dum luctatur, arctius eos implicat, & pluribus nodis constringit. Quin ergo aulicum imitamur, qui in cuiusuis iniuriam [illegible] animo patientissimo [illegible] est. Nam cum illum quidam interrogaret: Quomodo tantis [illegible] in aula consenuisset, [illegible] Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo. Saepe adeo iniuriam vindicare non expedit, vt ne fateri quidem expediat e. Et nos profecto tanto chariores Deo [illegible], quanto minus queruli. Probissimi hominis illustre prorsus indicium est, De nullo se conqueri, nisi coactum.

a *Isa. c. 58 v. 9.*
b *Iob c. 35 v. 13.*
c *Eccli. c. 18 v. 15.*
d *Iob c. 1 v. 22 & c. 19 v. 20.*
e *Seneca l. 2 de Ira c. 33.*

R

Linguam sacrat BENEDICTINE [illegible] *monstrat* [illegible] *quidquid*

huic

huic infuderis, mox literam effunditur. Vide C. 9. § 1. Vnde tot quotidie de amicis prodeunt querelæ, nisi quia quos fidissimos habebamus, [illegible] consilij, & arcani proditores? Nimirum [illegible] Alexander [illegible] annulo impresso claudit & obsignat, [illegible] post lectas literas. [illegible] dictum est: Vulgus non differre à fictilibus [illegible], cum nihil continere possit, sed diffluat vagando.

R

CAPVT XVIII.

Lingua Ranulam secreti, quadruplici nos malo afficit.

MAlum etenim malus coruus, veteri verbo iactatur. De ouis pessimis Esaias vaticinium: Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum a. Aspidis ouum est, [illegible], vt Bartholomæus Anglicus testatur, b [illegible] est Rubeta, rana non minus aspide venenata, cum rubetæ somento [illegible] est qui [illegible], regulus: aspide & rubeta venenatior, qui vel oculis necat, et primum quod ab eo nasci solet, est Rubeta mater. Quisquis de absentibus contumeliosè loquitur, & id tanquam arcanum non cuilibet alterius auribus cōmittit, in alterius aspidis ouū supponit cui incubet alter aliquando [illegible] silentio, demum garrulitate ac imprudentia excludit, atque hinc regulus qui quemcunque parit & maiorem, nociorem & famosiorem necat. Mirifico ingenij circumspectione opus, quidnam arcani, & cuiusnam id auribus committatur. Neque eum duntaxat, qui hæc talia narrat cautum volumus & circumspectum, sed & illum qui narrantem audit: huic sedulo cogitandum quid sibi & à quo committitur, ne illud temere ac imprudenter enunciet. Si secus fiat, ingentia hinc damna oriuntur. Hanc ob causam Alphabeti series ad literam catenam nos ducit, quæ linguam pessimæ famæ commonstrat, ea *Ranulam arcanam* nominare solet. Quantum vero nocumenti afferat hæc lingua, quantis dissidijs orbem misceat, qua demum ratione hæc pestis corrigenda sit, hoc capite demonstrabimus.

a *Isa. 59. v. 5.*
b *Bart. Angl. de rer. propr. l. 18. c. 78.*

§ I.

ARcanum hîc & secretum id dicimus, quod vel secreto ab alijs auditum, vel certe à se tale quippiam est quod silentium exigat. [illegible] res adeo arcana non est, sed quoniam alter rogauit, *Tu me habeto*, profecto edicenda non est. Et multo magis clausa sunt habenda consilia, quod ipsum [illegible] possit: quicquid denique inter duos aut plures occultis arbitrijs [illegible], alto silentio premendū est. Quisquis tale quid [illegible] dicitur, vt qui linguam habeat rimarum plenam, hic atque illac diffluentem, vti sunt Danaidum dolia semper pertusa, quibus quicquid infuderis, perditur. Atque hinc mala nascuntur plurima, [illegible] mus.

Accuratam hanc circumspectionem in verbis ipsa nos natura docet, quando linguam non una duntaxat serra munivit, dentium una, labiorum altera, ut pariete geminio septa sit. Chrysostomus id dilucide asseruit: Deus eam, inquit, velut muro duplici voluit circumdari. Nam dentium organis & labiorum custodia communitur, ut verba [illegible] garrulitate proferantur. Refrena igitur linguam, & si non patiatur, dentium morsu quiescat, & [illegible] dentibus, nam hoc est tam contemptibiles sustinere, quam postea aquae stillationem [illegible] promittere. Hinc ille absurdi quippiam loquuto interrogatur:

Dentis claustra tui quae vox elapsa reliquit?

Commigrat natura linguam vallo dentium & sepe labiorum cinxerit, cum docet [illegible] pocula, non solum parce loquendum, sed etiam considerate, imo ut possis parcius loqui, loquere considerate.

Duas, ut aiunt, venas exporrigit lingua, illam ad cor, ad cerebrum illam, ut scilicet intellectui assignata: quo quidem admonemur, id omne quod a lingua prodit, plenum esse debere rationis. Atque hoc inter hominem fatuum & sapientem discriminis est, quod fatuus cor suum ore reponat, sapiens os suum in corde recondat; illum ad verba provocat garrulitatis libido, sapiens [illegible] quae liceret loqui, prudens in corde os continet, quicquid enim ab ore fluit, consilio, ratione, iudicio libratum venit.

Qua de re Cyprianus ita ratiocinatur: Sicut homo sobrius & temperans nihil ciborum traijcit in stomachum, quin illud ante praemanducarit, & dente & mola egerit, ita vir prudens nil lingua in publicum protrudit, quod non prius in pectore digesserit. Oratio subacti rationis non imposita, & risus & plurimum mali excitat.

Par esset omnino, ut non minus tardi ac difficiles ad solvendam linguam, quam ad aperiendam crumenam essemus. Quam lente, quam & considerate, Deus bone, loculos diducimus, nunquam deliberatior mora est, nisi quam magni [illegible], quam cum pecuniam expendimus, hic numerum in pectore numeramus, cogitamus, hic varias quaestiones, an non inutilem [illegible] per coniugem, per liberos, per cognatos, per famulos? & quam sollicitum est tamen iactura nummi inconsulto expensi, si cogitetur, dicendum sermonis male prolati? hic moueamur, hic deliberemus; in nullo lin-

laudabilius conflabandi extimas, quam in loquendo. Cogites prudens conditiones quid loquaris, quæ de re, & quam ob caussam.

a *Eccles. c. 28. v. 29. & 30.*
b *Cicer. l. 1. Off. ad cap. mihi p. 643.*
c *Gell. l. 1. Noct. Attic. c. 15.*

§ II.

TErtia loquendi circumstantia, *Verecunde loqui*, seu, quis & apud quos loquaris perpendere: ut juvenes coram sene, discipulus coram magistro, coram sacerdote profanus, coram patre filius, coram domino servus, ut coram liberis parentes, coram discipulis magistri, coram hominibus veterani.

Sacra pagina monet: Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum. Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adolescens loquere in tua caussa vix: si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. In medio magnatorum non præsumas: & ubi sunt senes non multum loquaris. a

Divo Bernardo teste, silentium est matrona aetas verecundiæ. Est enim indolis bonæ & educationis ingenuæ signum, senioribus auctoritatem concedere; & ipsa decori ratio exigit tacere, aut pauca loqui, ubi sunt qui digniores loquantur.

Quarta loquendi circumstantia, *Accommodate loqui*, præsertim loco & tempore. Primarium prudentiæ munus est, scire loqui tempore locoque congruo. Quod affirmat Siracides: Homo sapiens, inquit, tacebit usque ad tempus: lascivus autem, & imprudens non servabunt tempus. b At vero sedulam illius circumstantiæ observationem oracula divina sic laudant: Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. c Neque vero placere potest quod profertur tempore non suo. Nam ut Siracides testatur: Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. d

Huc spectat modestiæ præceptum: Sermonem alterius non interrumpere; quod non solum urbanitas fieri vetat, ut agreste quid, sed & Humilitas damnat, ut superbum. Hebræus Sapiens sic pronuntiat: Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. e

Hoc ipsum Siracides confirmans: Priusquam audias, inquit, ne respondeas verbum, & in medio sermonum f ne adjicias loqui. g Expecta sis igitur dum alius sermonem quem cœpit, finiat; tum tu modeste profer tua, alioqui garrulitatis signum prodebis. Addit hoc Basilius: Si quid in plenum consessu interrogetur, tu respondendi vices aliis ne præripe; sed tace dum sigillatim dicere jubearis, est enim superbiæ, ultro sese offerre aut ingerere, & principem respondendi locum præoccupare.

Quinta circumstantia est, *voce submissa loqui*. Est modus non solum in rebus, sed etiam in sermonibus. Hipponensis præsul Augustinus in illud Marthæ cum Magdalena locus colloquitur: Et vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens Magister adest, & vocat te. h Quomodo, inquit, silentio vocat cum loquatur, dicatque: Magister te vocat? Et respondet, vocem depressam silentium vocari. Sed de voce submissa egimus cum linguam intemperantem castigaremus.

Ad hanc loquendi circumstantiam reducitur à sancto Bonaventura oris formulas, & in gestu decentiam: os contorquere, nares corrugare, labia nimium diducere, frontem caperare, caput ventilare, & decentiam gravitatis offendunt & signa sunt animi male compositi. Sic & voci moderandum, ut illa nimirum fracta sit & remissa, ac si loquentem loqui tædeat. Sermonem suavitas condiat, salsam scientiam aperiat.

Non solum voces omnium sapientum, sed & divini libri mirifice commendant serenitatem oris. Siracidæ præceptum est: In omni dato hilarem fac vultum tuum. i Quicquid rogis expedit gestiosum, ut tristiorem ac severiorem vultum: homines tranquillæ bonæque mentis aspice. In omni tempore vultus illorum hilaris. k

a *Eccli. c. 7. v. 15. & c. 32. v. 13. & seqq.*
b *Eccl. c. 20. v. 7.*
c *Prov. c. 25. v. 11.*
d *Eccl. c. 20. v. 22.*
e *Prov. c. 18. v. 13.*
f *Alij legunt, sententiam.*
g *Eccl. c. 11. v. 8.*
h *Joan. c. 11. v. 28.*
i *Eccl. c. 35. v. 11.*

k *Eccli.a.26.v.4.*

§. III.

HIc ego Magnates, proceres, principes, regesque venerabiliter submississime obsecro, sed & patresfamilias, religiosorū maiores & quoscunque alios præsides rogo, Salomonicum illud oraculum attentissimè perpendant: In hilaritate vultus regis, vita, & clementia eius quasi imber serotinus. a Nam facies regis amœna & hilaris incolumitatem, & vitam quandam mœrenti afflat, inspiratque subditis. Sicut aurora lumen apparentis iubar caliginem noctis discutit, ita iucunda regum facies mœrorem ac metum pauefactis adimit.

Annæus Seneca cogitare iubet, verum Mundi statum gratiori oculis pulchriorem, si sereno & puro die, an cum fragoribus crebris omnia quatiuntur, & ignes hinc atque illinc micant? Atqui non alia facies est quieti moderatique imperij, quam sereni cæli & nitentis. Crudele regnum turbidum tenebrisque obscurum est, inter trementes & ad repentinum sonitum expauescentes, nec eo quidem, qui omnia turbat, inconcusso. b

Decorum est omnino, vt principes regesque non solo nomine, sed & vultu animoque sint *Serenissimi*, cælum nobis iucunde ac placatè repræsentantes: regij vultus nubila plus quam ardentis minaces tristitiam habeamus. Quisquis imperat, vultum induat serenum, & leniter suauis, & efficacius vt plurimum imperabit. Contracta frons, & acerbior vultus excutit subditis Imperium, in hilaritate vultus regis, vita. Atque etsi omni vitiosa est lingua, ita dictum illud sapientissimum mihi videtur, quo non magnates tantum, nec soli Principes, Reges, Imperatores quamuis hi præcipue, sed quicunque alij vel familiam solam gubernantes monentur, frontem, os, pectus ea ratione obsecrare, Vt in fronte sal, in ore mel, in pectore sale grauis seu mare. Explicamus.

Primum gubernationi cuicunque necessarium est, *In fronte sal*, c seu naturalis quædam Prudentia, saltem mediocriter propinqua Impudentia & temeritatis. Phaethon non regit currum, sed euertit.

Alterum ad temperandam potestatem necessarium est, *Mel in ore* seu suauitas sermonis & vultus, imperia inhumana & aspera sunt instabilissima. Roboamus Rex Israelis & Iudæ, imperio verbo nimis aspero, totum Israelis regnum perdidit. Cui rebus est prudentiæ, plus mellis affundat, imo & prudentissimus quisque si melle careat, inter barbaros & crudeles dominos numerabitur. Aut igitur non impera, aut imperium mitiga.

Tertium quod ad gubernationem requisitum est, *In pectore sale*, d seu mare, quod pectoris amplitudinem designat. angusti animi homo, ad tenendum imperij clauum tam non idoneus est, quam lepus ad tenendum tympanum, omnia illi metum si vel aura obstrepat. In regum fastis affirmatur: *Dedit quoque Deus Sapientiam Salomoni* (ad gubernandum) *quasi arenam quæ est in littore maris.* e

Ergo in gubernatoris & præsidis cuiuscunque capite sit Sal, in ore Mel, in pectore Sale. Et licet mel oris suauitasque sermonis, vbique grata & pæne semper sit necessaria, præcipue tamen, cum aut monemus, aut reprehendimus. Qui alium castigat irates ipse aut perturbatus, videtur id nequaquam facere vt emendet, sed vt vulneret. *Verius enim cum melle non esse docetur*, nec per superbiā humilitas instillatur, nec per impatientiā patientia commendatur. Si me fecit vir, sciendū prius ipsi ubi est sodiet quodque via, omittit quod prius in te foret obiurgandum. Beato Ambrosio maxime placet *monitio sine asperitate, & hortatio sine offensione.* f

Monitum Ambrosij præceptum Pauli confirmat: *Seniorem ne increpaueris* illud *obsecra vt patrem, iuniores vt fratres.* g Quicquid docere ac persuadere volueris, mansuetudinis exemplo & citius docebis & efficacius persuadebis.

a *Prou.c.16.v.15.*
b *Senec. de Clem.l.7.*
c *Sal Sapientiæ symbolum.*
d *Sale priscis idem quod mare Ennius l. 24. Annal. Carulicum spumat sale conferta rate pulsum.*
e *3. Reg.c.4.v.29.*
f *Ambr. l.1.offic.c.22.*
g *1.Timo.5.v.1.*

§. IV.

§. IV.

HIs etiam iure vitiis videtur affectata & nimis compta dictio, quæ concentu modulisque Rhetoricis instructa [illegible] spirat prædicantem, & argutias miscet non plantatas. Hic ergo Concionatores habet non concitos, [illegible] dicentes, ô Viri, nemo illi [illegible] ipso fanarum gentis loquutam [illegible], qui calent dictiones [illegible], in suo spiritum in auditoribus fructum [illegible] quam afferunt. Quid verba colligimus, quid vocales componimus, & cælestem doctrinam his lenociniis infamamus?

Procul à Christianorum templis delitescentem illam facundiam, quæ velocem cicatricem [illegible], quæ auditorum animos voluptate [illegible] perfundit, quæ verbis ad venustatem [illegible] [illegible] laudes ablanditur, quæ concinnam elegantiam, & nescio quid nugarum ac vanitatis affectat ut placeat.

Procul à sacra cathedra ventosam & tumentem loquacitatem: Christus prædicandus est & hic crucifixus, Pœnitentia suadenda, & quidem stabilis ac constans; quæ nos hominis [illegible] sunt inculcanda, Dei voluntas, & humana cum eadem conformitas explicanda, [illegible] [illegible] ingerenda; ad dissertationes illas non opus mollitie verborum globulis aut modulato concentu facundiæ [illegible], nec [illegible] vocabulorum [illegible] [illegible]: Spiritu hic opus est, & amore in Deum incenso, qui uti fucum non spectat, ita nec quærit, [illegible] etiam odit & respuit, si sit affectata. Et quemadmodum aqua illa [illegible] optima, quæ nullo sapore est imbuta, ita dictio illa pulcherrima, quæ affectatione nulla est corrupta.

Sed à suggestu & publica dictione ad loquendi circumstantias redeo, & recepto cælo iuxta priscorum Patrum monita. Hieronymus tam succinctè dixit, quam eruditè: Sermo prolatus est lapis emissus, quapropter diu antequam sermo proferatur, cogitandus est. a

Ambrosius hoc confirmat: Aliæ sunt vitæ, inquit, quas debemus frenare, aliæ quas custodire; loqui vias Domini, custodire nostras, ne in culpam dirigamus. Porro autem custodire, & [illegible] loquendi b. Utramque redditi convenientissimum Hebræus sapiens, qui homini circumspectæ loquelæ tranquillam felicitatem pollicetur hoc chirographo: Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. c Cum enim lingua intemperans plurima peccet, mens vitæque etiam angustiæ & mœroris quam plurimæ conjiciuntur, quos effugit qui prudenter & custoditè verba facit.

Porro ii qui imprudenter, & incaute loquuntur, verba non in pectore, sed in ore nascuntur, quos prudens philosophus perstringens: Qui sunt levia, inquit, futilia & importuna locutores, quique verbis humidis & [illegible] [illegible], eorum orationem bene [illegible] est in ora nasci, & non in pectore. d Huic accedens Epictetus Discentes Quoties, inquit, oratio in lingua solum nascitur, pectus concepit magno cum pœnitentiam potis. Solet enim è temere dictis proximè pœnitendo, quæ Cölementiá velut in æquileum capit, & mœroris lapsusque confessionem ab illa expetuntur. A tot molestiis & doloribus immunem se reddit, qui quæ locuturus est, circumspicit. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam.

a Hier. ep. de Virgin.
b Ambr. l. 1. offic. c. 2.
c Prov. c. 2 1. v. 18.
d Maxim. de Degm. Platonis.

V

1. *Avaritia nummos aureos in libellam mittit, eosque summa fidelitate examinat.*

2. *Circumspectio autem vult frenos ori nostro ex auro fieri, prout Hebræus sapiens monet, & ad libram libram ponderat, quæ vel oculus decenti, verba omnia operare considerantissima esse, perinde si libra sint inspicienda. Vide C. 19. §. 5. C. 20. & 21. His Capitibus documenta quædam suggerimus regendæ linguæ utilissima, & summe necessaria.*

Angelus & trutinam, & frenum Circumspectionis paratissimus est dare omnibus, quibus est cordi, moderari Linguam.

Y

CAPVT XXVIII.

Vitiosa Lingua quomodo sananda sit: prima quatuor medicamenta traduntur.

APollonius Tyanæus, ille Orbi natus philosophus (vt de eo prodit Philostratus) suos discipulos colloquendi lege imbuit, vt quotiescumque cum Diis, dein progressi de Diis loquerentur: reliquum tempus humanis sermonibus sed eruditis impenderetur. Lex pulchra, & vtilis. Duo Christi Seruatoris discipuli Emauntem euntes, hanc credideram, seruarunt ordinem. 1. Antequam se viæ committerent, vterque se Deo precibus commendarunt, qua quidem ratione cum Deo locuti sunt. 2. Dein ad vestibulum iam deducti, de Christo Dei filio longa confabulati. 3. Christum Dominum peregrini habitu secum inuenerunt ad hospitium; mane nobiscum quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies: & coegerunt illum. a 4. Concionati sunt domum, & quidem ipsis concionatoribus, Apostolis. Nam surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, Quod surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. b

Hi profectò non malè diem expenderunt, linguā pendere vsi. Nec mirum; præceptorem habuerunt è cælo, sed [illegible], & qui discipulos non indulgenter habuit, nec illis blanditus est, sed arcta eos disciplina castigans: O stulti, ait, & tardi corde ad credendum. Qua quidem prælectione tam insigniter eos erudijt, vt ab ipso velut suo Magistro didicerint Apostoli, quomodo loquendum de Christo [illegible].

De ceteris Linguæ vitijs locuti sumus hactenus. Enimvero bonus medicus non solùm ostendit characterem malè sanatum, sed docet insuper qua ratione sanandus sit; boni artificis est non tantum discipuli errores in arte commissos reprehendere, sed etiam docere quomodo ij sint corrigendi.

Plurima linguæ vitia perpendimus: hæc verum nunc superest, vt qua ratione illa sint corrigenda doceamus, atque tum satis est scire se ægrotare, nisi pharmaca & pharmaca, quæ conueniant, ægroto. Quando igitur tam sufficienter satis vitiosè loqui didicisse, sed etiam rectè loquendi condiscere, hortatum agamus, & certis his vltimis dissertationibus remedia & medicamenta comparemus, quibus vitiosæ linguæ subueniendum. Huic triplici dissertationi significandæ literam Pythagoricam Ypsilon præfigimus, literam tricornem aut tricuspidem, ab inferiori vnā, superiora duo habet cornua. Affirmat Plinius Indicos boues & vnicornes & tricornes reperiri. c Nos contra vniuersa Linguæ vitia, dissertationem triplicem, velut bouem tricornem statuemus: hac quidem ratione, vt in singulis trium capitum istorum aliquot præcepta, seu medicamenta tradamus, quibus Linguæ vitiositas omnis emendari possit. Atque vt memoriæ quoque consulamus, præceptiones dabimus nec longas, nec obscuras, sed quæ dictu & captu faciles sint. Ipsæ tot leges constituunt & obtinent memoriam. Atque ita hac quidem dissertatione prima præcepta seu medicamenta quatuor, altera, quatuor alia, tertia denuò, quatuor vltima remedia persanandæ linguæ proloquemur.

a *Lucæ* 24. v. 28. & 29.
b *Lucæ* 24. v. 33. & *seqq.*
c *Plin. l.* 8. *Nat. hist. cap.* 21. [illegible]

§ 1.

PRimum remedium ad vitiosam linguam curandam est ORATIO. Sapientum excelsus Salomon clarè protestatur: Hominis est animam præparare, & Domini gubernare linguam. a Hoc dicit: Tu tibi Deum precibus propitia, & animum aduerte, non decent eorum omnium author qui linguam, aliter intractabilem regat. Luculentè porrò Augustinus hoc ipsum affirmat. Intelligamus itaque, charissimi, si linguam nullus hominum domare potest, ad Deum confugiendum esse qui domet linguam nostram. Si enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo es: linguam nullus hominum domare potest. b Eodem animo dixit Basilius: Os suum orationibus communire, loquere aliquid prius aliis orans: Pone

Domine

Domine custodiam ori meo. *a* Nulla bestiarum seipsam domat; solus homo est etiam sibi ipsi, vel verius dicam, ultro sibi ipsi officere [illegible]. Augustinus iterum excellentissimè hac de re differentem audiamus: verba illius fide optima recitabo. *b* Homo, inquit, domat feram, non domat linguam. Domat leonem & non refrenat sermonem. Domat ipse, & non domat seipsum. Domat quod timebat, & ut se domet, non timet quod timere debebat. Addit *c* Augustinus similitudinem ab ipsis bestiis quas domamus. Equus non se domat, Camelus non se domat, Elephantus non se domat, Aspis non se domat, Leo non se domat; sic & homo non se domat. Sed ut domentur equus, bos, camelus, elephantus, leo, aspis, quaeritur homo. Ergo Deus quaeratur, ut domet hominem. Ergo, Domine, refugium tu factus es nobis. Conferemus nos ad te, & bene nobis erit de te. Malum est enim nobis de nobis. Quia dimisimus te, dimisisti nos nobis. Inveniamur ergo in te, quia perieramus in nobis. Quid ergo fratres mei, dubitare debemus quia mansuetos nos faciet Dominus, si nos domandos ei praebeamus? Domuisti leonem, quem non fecisti; non domat qui fecit te. *d*

Hoc igitur studiosissimè laboremus ut nostram quoque linguam Deo domandam, per precationem praebeamus. Episcopus Augustinus quod sermone docuit, exemplo firmavit. Siquidem de seipso fatetur: Quotidiana, inquit, fornax nostra est humana lingua. Imperas nobis, Domine, & in hoc genere continentiam. Da quod iubes, & iube quod vis. Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum. *e* En Augustinum non solum orantem, sed & plorantem, ad sanandam linguae vitiositatem. Quisquis igitur, bene vult loqui, bene oret; precatio & pietas primarium vitiosae linguae remedium est Oratio.

a Psalm. 140. v. 3.
b Aug. tom. 10. serm. 4. de verb. Dom. initio c. 1. & 2.
c Basil. de vera virginit.
d August. ibid.
e Aug. l. 10. Conf. c. 37 initio.

§. II.

Alterum est Assidua Cogitatio Dei Ubique Praesentis. Hoc quales per Orbem sermones volarent, quam inepti, quam petulantes! Quisquis est, obiiciet, vel sola cogitatione Orbem obit, & audit, quam ridicula, vana, foeda nonnulla loquantur homines, putandum nullus sit Deus qui omnia singulaque audiat, verba singulaque iudicaturus & puniturus. Hic enim insipientium instar sunt, qui dicunt in corde suo, Non est Deus. Is enim Deus, in talibus non videtur esse qui lenissima quaeque susurros & occultissimas quasque cogitationes audiat. Hinc nemo quod bonum est loquitur, nemo quod purum sanctumque est cogitat.

Si quis hodie Cynicus Diogenes cum lucernula obeat, singulisque confabulantium circulis inferat, percontetur illam: Domini quaestionem: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem? a Plurimis, ut dubitem, faciet eum quod res est, & hi quidem diversissime acuentes linguas & ablucere egregie vellicantes se tamen obtrectatores esse negarent. Alios miseriae nostrae visuri queruntur; hoc pallio mormurationes suas tegunt. Alii rumores novos narrabunt. Debebant dicere, nugas, fabulas, nec non mendacia tractamus. Illi: bona verba damus, hoc est, adulamur & palpamus. Illi: est nobis de aliquo controversia, sed rixas & iurgia honesto nomine dissimulare solemus. Ebrii qui dicerent: Fallendo temporis fervoris misisque poculis gaudebimus, confabulando respondebimus, & nostra mittimus colloquia, susurrones agimus. Sed neque interrumpendi & lasciviendi deesset larva, quam sub specie aperiendi [illegible], facetosque atque hilares esse affirmarent; sua profanis quibusque colloquiis honestos titulos praefigerent. Nemo quod bonum est loquitur, quod inde forte provenit, quia nemo Deum ubique praesentem recordatur. Quod si Christianus aliquis Diogenes interrogando pergeret: Quinam hi sermones estis? quo in numero censendi, apud praesentem hominem Deo placentis accedit? Hic forte nihil & utilius responsio vice sequeretur, aut certe frigida dicenda [illegible] patrocinium. Etiam esse Deum ubique praesentem credimus, sed non

cogitamus.

plarunt. Hanc autem cogitationem Gregorius Neocaesariensis optime adq; vir bonum factum efficacissimam ducebat, quando rationem cum Maiestate diuina (si posset) in loquendo iniret. Cum beatus Paulus eum tristitiam ducitur, Ephesios etiam sermone malo abstinere, tanquam ratione reddendam: Et nolite, inquit, contristare Spiritum sanctum. c Vetera Philosophiae praeceptum est: Sic loquendum esse cum hominibus tanquam Dij audiant; sic cum Dijs tanquam homines audiant. d Hoc ferè sensu sapientiae praeceptum Seneca: e Sic viue cum hominibus, tanquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant. e Profectò ad omnem vitae licentiam & improbitatem plurimis expeditissima via est, haec vetita cogitatio: *Solus sum, & nemo me videt*. Tunc mala consilia agitanci tunc aut alijs aut sibi futura pericula struunt: tunc cupiditates improbas ordiuntur: tunc quicquid aut metus aut pudore celabat animus expromit, tunc audaciam acuit, libidinem irritat, [illegible] ditam instigat. Ita se solum esse credere, à nemine videri, à nemine audiri, scelerum grandis stimulus est. Quisquis igitur cogitationes linguam assiduè Dei praesentiam cogitet. Tanto quis cautius loquetur, quanto sibi animo impressent hoc verum: *Audiunt, Angeli audiunt, Deus audit, & tu districtam rationem posituris suo tempore*. Beatus Petrus ad id hortatur: f Si quis loquitur, inquit, quasi sermones Dei. f Deus vbique praesentissimus, & spectator, & auditor est omnium. Hic te rogo, mi Lector, Nicetam meum ne graueris adi, & vide quae illic de Dei praesentia in omni loco explicatè traduntur. g Quare alterum custodiae linguae praesidium est, *Assidua Dei vbique praesentis cogitatio*.

a *Luc. c. 14. v. 27.* b *Hierem. c. 8. v. 6.*
c *Ephes. c. 4. v. 30.*
d *Macrob. l. 1. Saturn.*
e *Sen. Epist. 10. fin.*
f *1. Pet. c. 4. v. 11.*
g *Nic. l. 1. c. 10. Quicquid autem Ann. 1621. per festos dies Aduentus Dominici, coram Serenissimo Electore ac Duce Bauariae Maximiliano, de Dei praesentia pro suggestu explicatum est, id omne in epitomen velut alligatum dicto capite proponitur.*

§. III.

TErtium est PRAEMVNITIO ET ANIMI PRAEPARATIO AD LOQVENDVM. Hic nobis commodum est iam proxime priori dissertatione commisse obseruandas in loquendo circumstantias. Quod possis paucis variè confirmare. Antiochus particulatim: Sapiens, inquit, priusquam loquatur, multa considerat; quid dicat, aut dicat quo loco, quo tempore dicat. Nimirum haec prius animo cogitanda, quam lingua loquenda. Augustinus erudite: Si quem cibum eligis, inquit, quo vescaris, sic elige quod loquaris. a Cibum per os ingressurum examinas, cur non etiam egressurum per os examinas, quod saepe grauiores magnitudinis excitat, in tua domo, quam cibus in tuo stomacho. Bonauentura opportunè: Prouide tibi, antequam procedas in sermonem, praecedente consideratione omnia pensans. Quemadmodum egressuri domo, vndique se circumspiciunt, an vultus, an vestis, an omnia decorem publicum praeferant, ita locuturus videat quid publico committat. Et sicut propugnaculis portae tutissime & post omnia solentes reserari, acris animarum ostium, prius pandendum quàm vigilanter omnia circumspiciantur. Eo spectant tot Hebraeae sapientiae monita: Noli citatus esse in lingua tua. Ne temere quid loquaris verba pungunt. Nec Hieronymi monitum absurdum: Prius verbum transeat per limam quàm per linguam. Et quamuis omnibus actionibus necessaria sit lima, maxime tamen sermonis. Et sicut stuppam lanam ferreus pectinant, sic verba prius pectenda sunt & examinanda quam vmalia in forum proferenda.

Praemoniat nobis antequam ceteros sermonis accederet, prius animum hoc vno si esse praesentem, & quid loquendum esset, cogitatione complexus est. Et hunc sibi morem valuit esse perpetuum, quem homines religiosi hodieque imitantur hac ratione, dum singulis diebus prima diei hora mam id designare quod ea die plurimum prosit ad bene agendum & loquendum: Alicubi moris est inter religiosos viros, vt post [illegible] noui prius inter se colloquantur,

quam

quam in templo, eloqui feceris coram Deo. Illius probus, & pluribus imitandus. Hanc animi praemeditationem seu praeparationem ad loquendum Ecclesiastes insigniter docens: Audi tacens, inquit, & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. d Et libellam & habenam ex argento & auro exigit hic praeceptor, vt sic omnia quae ab ore prodeunt, vel ad Dei honorem vel ad alicuius bonum referantur. Sic animus ad loquendum praemuniendus est. sed sequitur.

a Aug. in Ps. 42.
b Roman par. 3. quaest. c. 3.
c Ant. proemio saculi.
d Eccli. c. 28. v. 29. & 30.

§. IV.

QVarum remedium, adversus omne vitium, Linguae piget enim, potius est, MVLCTAM SIBI DICERE, EAMQVE A SEIPSO EXIGERE. Omnes vitiosos habitus facile removere non difficile illi erit, qui capitalem animadversionem in seipsum egerit. Egregiae virtutis est seipsum apud se accusare, reprehendere, mulctare, sibi nihil condonare. Christiano similis Seneca: De nullo, inquit, queri possum alio quam de me. Ego mihi irascor; &, Ego a me poenas exigam. Nos contrarium plerumque facimus: errores nostros tegimus, excusamus, comminus, polimus, & errasse nos negamus, alios audacissime accusamus. quin ergo saltem facimus, quod malus scriba, qui erroneos errores suos scalpello eradit, aut malus pictor qui penicillo inducit: ita & non si quid erratum est, voluntariis poenis deleamus ipsi, nec expectemus, dum alii a nobis poenas repetant. Ille omnino in virtutum studio plurimum proficit, qui quotiescumque peccasse se cognoscit, mox aliqua se poena mulctat & ipse sane sibi monitor est: Iste, ait, iterum loquacitate incurristi, iterum maledixisti, de aliis iterum (quod iam saepissime) detraxisti: in poenam hoc stipis da pauperi, has preces recita. Qui superbiae delictum in se observasset, sibi non male imperaret: procumbe o superbe, & matrem tuam, terram osculare. Idem in delictis aliis veniali-

modi. Et certe, si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. e Hae tales voluntariae poenae non tantum hominem sibi ipsi, sed & Deum homini mire conciliant, & lapsus futuros saepissime de facili cavent.

E Sancti Dominici familia vir pius & eruditus narrat, fuisse virum nobilem aevo suo, qui a puero assueverat Deum & Caelites verbo violare, aliis pessime precari, quam & leviter assidue iactarat. Hanc vocem puer in aula hauserat. Displicuit viro tandem hoc suum vitium, statuitque apud animum suum saepius tam foedam loquendi labem dediscere, nec tamen deditioni expugnabili secum aliquamdiu, raro victor, nam lubricae linguae praecipitio abreptus ruebat in antiqua. Quare sacerdotem, super hoc re consulit, exigitque pharmacum suggereret, huic morbo expugnando. Sacerdos mitior quam par erat, molli spongia hanc vomicam non rupit, sed demulsit. Interim vir ille nobilis in eundem morbum identidem recidebat. Aliquid vitii amputandum erat, non comparandum vitium. Quocirca seipsum vir generosus aggreditur, & hanc sibi poenam decernit, vt quotiescumque lingua Deum honorare praeteriret, eo die carnibus abstineret. Et ne sibi quidquam ipse indulgeret, famulis suis praecepit, vt execrationes suas & maledicta numerarent, & quemcumque numerum subnotassent, iussis decernerent. Principium vt solet tam fuit difficile, vt anno fere dimidio a carnium esu non sine violentia se continuerit, ne animi sui decretum violaret. Et quamvis aliquanto tempore in Principis cuiusdam aula degeret, nihilominus inchoatum tenax perseveravit quod coepit. Hac demum abstinentia ita seipsum triumphavit, vt quicquid vitii pessima consuetudine contraxerat, generose prorsus expugnavit, victor sui, sic canticum diabolorum omnium. Eo sane tempore, inquit, quo virum familiariter nosse coepi, nec vllam amplius vocalam impiam misit. f Addit prioribus:

Civis Augustanus simili vrgebatur vitio, qui hanc ipse sibi poenam indixit, vt quoties verba impia iaceret, grapho vel cultello aliquot guttas sanguinis eliceret, e manu aut brachio. Non multum sanguinis fudit & improbam consuetudinem feliciter vicit. Tan-

si est vitium quodcunque hac parte aggredi, & velle vincere. Vincit quisquis ita vincere volebit. Et ut dicta firmemus, idem ille scriptor subiungit ista. Cum Memmingæ opifex [illegible] loquendi consuetudinem [illegible] in eandem [illegible] [illegible] quoties lapsus, hanc sibi mulctam statuit, ut quoties diuinum nomen nimis temere appellaret, aut aliter lingua delinqueret, eo die gulam non vino fraudaret, & fontem biberet, idque sine ulla exceptione vel venia. Non diu aquam bibit, & linguam domuit, à consueta [illegible] tam improba penitus liber. Quid nos? an [illegible], tam non emimus linguæ vitiosæ [illegible], ut nihil ne ignavi facere aut pati sustinemus? [illegible] Christiani [illegible], ut vitia extirpemus? an Christum clamantem non audimus? Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum? d

Quisquis igitur vel linguæ procacitatem, vel aliud quodcunque vitium in se cupit expugnatum, hoc agat & voluntariis se pœnis [illegible] quoties deliquisse contigerit. Non est efficacior, non est sanctior vindicta quàm sui ipsius. Hoc precor modo & domari lingua, & quicquid vitiosi vivit in animo, superari poterit.

a Sen. l. 5 de Benef. c. 7.

b 1. Cor. c. 11. v. 31.

c Lib. 4. Formicar. c. 3. Ioannes Nyder qui anno 1470. Norimbergæ Antistes fuit in S. Dominici familia.

d Matth. c. 18 v. 8.

CAPVT XXIX.

Alia quatuor medicamenta utilissima Linguæ curandæ.

FVit qui lautissimam supellectilem in domo [illegible] carioré instructam, aliquid tamen deesse diceret. Cumque interrogaretur: quidnam illud sit quod desit? Respondit: Instrumentum quod humanæ genti summè necessarium. Interrogatus porro, quale hoc instrumentum sit? At ille: Linguarium, inquit, quo lingua occludi solet. Sanè rem dixit: qua nulla supellectilis tam necessaria est, atque hoc ipsum, quod diximus.

Romanus sapiens linguæ temerariæ mentem infesta! Verba mea meditatam, inquit, & autem mihi periculum: damna castigabo promittendi temeritatem. Ecce ut doleat, ut postea consideratius loquatur: quod dicere solemus, linguarium dabo. a Cœpimus & nos Linguarium dare, & Remedia suggerere linguis omnibus tam temere loquentibus. Quatuor omnino medicamenta dictavimus, polliciti addere plura. Nunc addimus quatuor alia quæ linguam incautam aut nimis licentiosam coerceant.

a Sen. l. 4 de benefic. c. 36.

§. I.

QVintum Medicamentum, PROPOSITVM QVOTIDIANVM. Qui sanam cupit linguam, diebus singulis cum Hebræo Psalte seipsum his excitabit: Dixi, dico, dicamque millies, Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; Posui, ponamque ori meo custodiam. a Nisi quotidie hoc animi decretum innovetur, obliteratum facillimè sepelitur. Viator equos si maximi momenti literas, aut multum auri in equo secum vehat, aliquoties de die oculis & manibus explorat, an suppetam etiamnum habeat: qui sacculo summi momenti clavem circumfert, sæpius in die sacculum manu pertentat, num clavem illam non amiserit. Clavis oris in arca cordis sit: qui ori suo serius est custos, saltem semel itemque quot diebus ad hanc clavem attente respiciat. Iobus de seipso: Gloria mea, inquit, semper innovabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. b Hoc agam ut vires meæ utraque brachia non languescant, nec consenescat robur meum, sed augeatur potius & crescat: sic omnino qui recte loquendi artem condiscere desiderat, ad discendam se quotidie componit, meditatur, reputat, prætendit, quibus demum modis linguam effrenem modestiam & parcam verborum.

Sed obiicietur: Non præsto quæ proposui, cur proponam frustra? Pusillæ fidei homo, tu modo conare ac propone: si non omnia, saltem tamen præstabis eorum quæ proposuisti. Nam si ita, quæ hesterna mente concepisti. Nam si paria propositis facta responderent, quid non propositis esse sanctius? Interim non est, quod contentus esse propositis bona, & bonis cogitationibus, gloria procedit. Studiorum [illegible]

Intationem, etiam citra effectum, laudanda ratio est. Omnibus bonis in rebus conatus statio est. Omnibus bonis in rebus conatur mitande, effectus subinde in casu est. c Si Deum & promissa diuina spectes, in plurimis firmissimè proposuisse, idem est quod fecisse: non tantum laudem præmium habet à Deo, sed sola etiam voluntas. Neque vero nos linguidum & iners propositum exigimus: vix vilarum est virium frigidissimum illud, velle facere, velle frenare linguam. Hebræi olim regem Asam sceuti (quod reg.) fasti memorant) iurauerunt Domino voce magna, in iubilo &c. in omni enim corde suo iurauerunt: & in tota voluntate quæsierunt eum & inuenerunt. d Tale tuum, mi Christiane, sit propositum, quale illorum erat iuramentum: Iuraui, & in toto cordis mei, & in meo voluntate mea promisi corde meo, & in meâ voluntate mea propone ac statue: Custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Hactenus toties mentitus, alios toties calumniatus, toties lasciuus sum locutus, antehac frequenter murmuraui, frequenter inaniter me iactaui, aliorum laudibus frequentissimè obtrectaui; quis numeret, quoties iuraui? Dixi, iterúmque dico, deinceps castigatius loquar. Propono ac statuo firmissimè, & in omni corde meo, non mentiri, non calumniari, nil obscœni loqui amplius: deinceps me iactare, alijs detrahere, obmurmurare & iurare studiosissimè cauebo. Sic lingua tua semper innocentior, & arcus tuus in manu tua quotidie instaurabitur. Hæc propone diebus singulis, non frustra id facies, bonis conatibus nunquam excidet. Labia iusti erudiunt plurimos. e Eruditionem autem quam cum alijs communicant, nec sibi ipsis per sancta proposita negant. Ergo, Beatus vir cuius est auxilium abs te, Domine, ascensiones, in corde suo disposuit. f Non solum ascensiones disposuit bonus, sed & benè ascendit, qui quotidie linguæ custodiam efficaciter proponit. Sed vlterius.

a Psal. 38. v. 1.
b Iob c. 27. v. 20.
c *Madaurensis Philos.*
d 2. *Par.* c. 15. v. 14.
e *Prou.* c. 10. v. 21.
f *Psal.* 83. v. 6.

§. II.

SEptimum Medicamentum, Colloquia sua Diuinæ paginæ cælum sæpius reseratum memorant, id tamen nunquam sine graui caussa & grandi vtilitate factum. Israelis populo æther quotidie patuit, cum manna, dulcissimum illud pabulum è cælo sereno ac puro demissum. Mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum. a Cum Ioannes Christum Iordanis aqua tingeret, Ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam. b Cum Stephanus lapidum imbre obrueretur, clamauit, Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. c In sacris paginis homo mentis puræ confertur cælo. Hoc sensu dictum: Cæli enarrant gloriam Dei. d Cælorum ostium lingua est. Linguæ hanc cæli ianuam pandi non vult Deus nisi iusta de caussa, vt vel subministretur manna, vel sacra descendat columba, vt homo vel boni sit exempli, vel eruditionis non spernendæ colloquia quamuis non noxia, si tamen otiosa, cælo certè non descendunt. Quod vapores exhalet terra, quod paludes & stagna progenerent ranas nil noui est, natura sic auctore: quod cælo ranæ decidant, quod vapores inde descendant, nouum quid est, & extra naturæ leges fit: quod homines impuri & impij scurriliter, inuerecundè, mendaciter, lasciuè loquantur, quod de multis detrahant, multos irrideant, plerosque omnes contemnant, quod iurent & peierent, nil mirí est, terra sunt, tales illa vapores exhalat, paludes & stagna sunt, has illa ranas generant. At verò quod ij Christiani qui probi ac sancti videri volunt, qui cælo conferri cupiunt, non funiora vel castiora proloquantur, quod æquè ac sæui hominum, hic maledicant, hoc mordeant, illi adulentur, istos conuicientur, quod maioribus obloquantur, inferiores calumnientur, quod etiam hi verba otiosa, falsa, subinde & fœda proferant, quod vaniloquentiam, stultiloquium, superbiloquentiam sermonibus misceant, hoc mirum, imò mirum sit. Et vnde quæso hæ ranæ ab hoc cælo? quomodo tam fœdi vapores ex hoc æthere delapsi? Vide, mi Christiane, quale sit cælum: & quàm impurus aer,

è quo non manna defluit, non columba descendit, sed culices, ranæ, corpus pestiferæ bestiolæ, sermones vani, spurci, turpes, exempli pessima delabuntur. Si cellam habeas vir, mansio diuina, religiosum quid loquere; Deum, diuina, diuinis colloquijs misce. Subinde, obsecro, subinde saltem spiritale quid sermonibus inseratur; hoc animam nutrit & roborat. & tales etiam quærendi sunt socij, qui de his talibus sermonem cum alijs copulare norint.

Est aurum, inquit Salomon, & multitudo gemmarum, vas autem pretiosum labia scientiæ. *e* Etsi sermo eloquentiam Atticam non habeat, modo pietatem Christianam redoleat, & aurum & multitudinem gemmarum superabit.

Beatus Ludouicus, Tolosanus præsul, magnus animo & virtute, qui vana colloquia cane & angue, peius oderat, dicere solebat, quod & vere sentiebat: Grata mihi piorum & bonorum familiaritas, quia ab his eruditio & pietas est, non secus atque ab aromatibus odor.

Diuus Chrysostomus hoc auditoribus identidem inculcans: Vtinam, inquit, cum cœnamus, cum prandium sumimus, cum lauamur, cum denique reliqua peragimus, de gehenna fieri & apud vos mentionẽ: nec enim illius formidine, aut hic aduersa videremur grauia, aut pro fratribus prospera haberemus. Hæc certe ridicula viderentur, si cum gehennæ incendio compararentur. Addit: quorum narratio frequentius iteranda est, quando gehennæ eiusmodi recordatio nos eam incidere haud sinit. *f*

Idem sanctissimus Orator, vt vel precibus hoc persuadeat: Et ideo rogo, inquit, vt gehennæ memineris, de gehenna loquaris. Ita animam tuam compone, pulchramque ac decoram effice. Magna est enim horum verborum vtilitas. Et ideo diabolus omnia facit & molitur, vt ea velit auferre memoriam. Noli eam è memoria eijcere, nec dicas, Quid me importune afficiam tristitia? Importuna erit, quando angeris in gehenna. Hoc est tempus tristitiæ, non illud. *g*

Augustinus colloquium cum matre initum narrans: Deo, inquit, ita disponente accidit, vt ego & ipsa soli staremus incumbentes ad fenestram, vnde prospectus in hortum. Colloquebamur ergo soli valde dulciter, & præteritorum obliti quærebamus inter nos qualis futura esset vita æterna sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cumque ad eum finem sermo perduceretur, vt carnalium sensuum delectatio quantalibet præ illius vitæ iucunditate, non comparatione, sed nec commemoratione quidem digna videretur, erigentes nos ardentiore affectu in idipsum, perambulauimus gradatim cuncta corporalia, & ipsum cælum. Et adhuc ascendebamus cogitando & loquendo te, & mirando opera tua, & venimus in mentes nostras, & transcendimus eas, vt attingeremus regionem vbertatis indeficientis, vbi pascis Israel in æternum veritatis pabulo. Dum loquimur & inhiamus illi, attingimus eam modice toto ictu cordis, & suspirauimus, & reliquimus ibi religatas primitias spiritus & remeauimus ad strepitum oris nostri, vbi verbum & incipitur & finitur. Dicebamus talia, etsi non illo modo & his verbis, tamen Domine, tu scis, quo illo die cum talia loqueremur, & mundus iste nobis inter verba vilesceret, cum omnibus delectationibus suis. *h*

En nobile paradigma pij colloquij, simul & illius maximus quæstus. Tam colloquium nunquam sola delitiabat condimentis,

a *Ps.* 77. v. 25.
b *Matth.* c. 3. v. 16.
c *Act.* c. 7. v. 56.
d *Ps.* 18. v. 1.
e *Prou.* c. 20. v. 15.
f *Chrys. tom.* 5. *ser. de præmijs Sanct. mihi pag.* 830.
g *Chrys. to.* 1. *in* 2. *Thess.* 11. *mihi p.* 697.
h *Aug. l.* 9. *Confess. c.* 10.

§. III.

SEptimum Medicamentum. OCCASIONVM FVGA. De hac insignissime Chrysostomus: Iuxta præcipitium vadens, inquit, quamuis non decidat, tremit tamen, & sæpenumero ab ipso subortus tremore decidit: ita & non procul peccata fugiens, sed secus ipsa vadens, cum timore viuit, & in ipsa labitur sæpius. Etenim alienas curiose spectans formas, quamuis non mœchetur, tamen concupiuit,

piscit, & iuxta Christi sententiam factus est adulter: sæpius autem ab ipsa concupiscentia in peccatum reipsa defertur. Vis modestus esse? non tantum fugias adulterium, sed etiam petulantem aspectum. Vis à verbis turpibus abesse? ut verba tantum turpia fugias, verum & risum solutum, & omnem concupiscentiam. a

Facile autem scire est; tali aut tali loco fabulatores conueniunt: hic vaga & mera somnia narrantur, hic fœdi & impudici sermones, hic rixæ atque iurgia miscentur, illic grandiloquentiam stultiloquentia comes deducit, illic obtrectationes meretriciæ immoderatè proferuntur: fuge, quisquis es, fuge hos linguarum improbos mercatus, has pestilentes nundinas, fuge insidiosas has Panegyres, quæ non crumenam vulnerant, sed conscientiam.

In conuiuijs quàm animosa loquacitas dominetur, res nota est. Hinc non illepidè nescio quis dixit: In conuiuijs primum silentium; Conticent omnes, sequitur stridor dentium. Hunc excipit clamor gentium; vbi conuiuæ vino incaluere, nemo non loquitur, imo nemo non clamat. Hic attende tibi, hic, caue aut ignem non accende. Quis nisi has apud se rationes ponere, quotiescunque ad hanc vsque diem inter hos homines, in hac domo fui, minor homo redij, semper querelas, semper obtrectationes non tantum audiui, sed etiam adiui, & meam quoque linguam colloquijs malis commodaui: ergo & hanc domum, & hos homines, quantum potero, studiosissimè cauebo.

Quam multi non possunt seipsos nec cæteras nosse, quin apud animam suam taciti fateri cogantur, & iste quidem hoc: Quoties probè appotus sum, toties rimarum plenus sum, pœnitenda promitto, stultissima quæque garrio, & omnia effutio: arcanum apud me nullum est, cum mea lingua vino permaduit. Ille vero hoc sibi de se fatetur: Cum irascor, instar tauri sum, qui omnia rupit vincula, imò vesanus sum indomitus, omnia sternens & calcans. Quapropter ebriosus ille, hic iræ occasiones omnes fugiat. Labia iusti considerant placita, & os impiorum peruersa. b Homo recti amans studiosissimè declinat, quicquid ansam præbet vetitæ dicacitati: homo petulans conscientiæ vltro complectitur quicquid incitat ad loquacem stultitiam. Verissimè dixit Chrysostomus: Magnus laqueus est linguæ petulantia, & multa refrenatione indigens. c Hic vero laqueus fugiendo effugitur. Occasionem fugere stultitiæ tam pene hunc laqueum effugisti. Hos occasionum laqueos non fugis? occinetur tibi sæpius: illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. d Olim ad Abbatem Lucium venit Longinus Abbas, & animam suam aperuit, velle se peregrinari, e idque sibi iam pene certum esse. Lucius vt & ipse sincere diceret quod sentiret: Mi Longine, inquit, nos ipsos frustra fugimus, & labore irrito peregrinamur, nisi eo loci vbi sumus, linguam in vincula damus: si hic linguam tuam non continueris, quocunque ieris, peregrinus non eris. Linguam, vbi es, hic pessima, & cùm peregrinaris, tantùm locum non mutaris. Sic est: non rarò cum locum è loco mutamus, occasiones quas quiete vitare poteramus, adimus, & charybdim fugientes in scyllam incidimus. Vide igitur vt occasiones peritè fugias, contentiosos, iracundos, contumeliosos, caute declines, quod Hebræus sapiens varie monet: Non litiges cum homine potente. Non contendas cum viro locuplete. Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. f Verbosus & linguax homo ignis est; qui iurgatur cum tali, perinde facit, ac si ligna ministret igni, & flammam bene sopitam male suscitet. Quapropter contentiones & plurimas oris incontinentias vitabit qui occasiones fugerit.

a Chrys. tom. 5. hom. 15 ad pop. mihi pag. 116.
b Prou. c. 10. v. 32.
c Chrys. tom. 5. hom. 15. ad pop. mihi pag. 116.
d Prou. c. 6. v. 2.
e Pelag. libell. 10. n. 13. apud Rosvv.
f Eccli. c. 8. v. 1. 2. & 4.

§. IV.

OCtauum remedium MODERATIO SERMONIS seu PAVCILOQVIVM. Vbi bene loquentis plurimum inuenit, pauca moderatè, submissè, & interne præparatum loqui. Qui verba cum tumultu fundit & præcipitat, proximus est multiloquio, vbi multilo-

quum est, proximum plerumque peccatum est. Sapientum monitum est: Auribus frequentius utere quam lingua. Hoc Siracidæ semper præceptiones confirmant: Priusquam audias ne respondeas verbum. a Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. b Quocirca qui, vere multa vel prava loqui, in hoc omni studio incumbat ut libentius audiat quam loquatur, & ubi loquendi fuerit vel necessitas vel facultas, ea non sine grandi verborum parsimonia utatur. In hanc professionem conducere tractim dicere quæ proferenda erunt, nec agglomerare verba vel convolvere: blatero sicut solet in uno centarium verborum profundit, antequam alter vix decem unum pronunciarit. Siracides hoc autem acriter percellens: Noli, ait, citatus esse in lingua, & remissus in operibus tuis. c Unam epistolarum Seneca sic claudit: Summa ergo summarum hæc erit: Tardiloquum te esse iubeo. d Voce præsonante loqui præsertim apud ægrotos, valde convenit & aliàs etiam clamare vel tintinnum & agrestis, & subinde molestum aliis, & signum est eum qui loquitur, aut à vino aut certe ab affectu ebrium esse, aut parum sibi latere sub verbis adeo tumultuantibus: Terribilis est in civitate sua homo linguosus, inquit Siracides, & temerarius in verbo suo, odibilis erit. e At contra de vero Orbis deliciis, Christo, præcinit Isaias, ore divini Patris loquens: Ecce servus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur vox eius foris. f Ita qui vitas omnium dis, clamores vitat, clamare & rixari plerumque vicina sunt. Ergo si vis videre vitam, inquit Chrysostomus, g si vis invenire dies bonos, Cohibe linguam tuam à malo. Quanti modo dicunt Nolo, qui dicebant, volo. Qui veteratorum detractionibus, qui mordent & comedunt humanas carnes, detrahendo, quos si... ne ab invicem consumantur; qui adulationes & ... sermonibus suis linguam impediant. h Quisquis es, si vitam vis, si dies bonos diligis, cohibe linguam tuam à malo, imo etiam quandoque à bono cohibe, ut cohibere possis à malo. Parce loquere & omnem verborum redundantiam præcide: laudabilior est verborum parsimonia, quam pecuniæ, imo etiam sæpe utilior: qui nummos profundit, tanto magis prodest aliis quanto minus sibi, qui prodigus est verborum, & sibi nocet & aliis. Pauciloquium, vitiosæ linguæ pharmacum est saluberrimum.

a *Eccl. c. 11. v. 8.*
b *& c. 32. v. 9. & 12.*
c *Eccli. c. 4. v. 34.*
d *Senec. ep. 40. fine.*
e *Eccl. c. 9. v. 25.*
f *Is. c. 42. v. 1. & 2.*
g *Ex Ps. 33. v. 13.*
h *Chrysost. in psal. 51. mihi pagina 727. & seq.*

CAPUT XXX.

Ultima quatuor Medicamenta ad improbam linguam emendandam.

MEl non solum dulce ac delectabile, sed etiam salubre, cum temperanter sumitur. Galenus & præcipue Arabes omnes moderatum mellis usum maximis laudibus ferunt. Sapientissimus Regum Salomon, eruditam linguam laudaturus: Favus mellis, inquit, composita verba, dulcedo animæ, sanitas ossium. a Septuaginta interpretes Hebræi sic loquuntur: Mellis, favi sermones boni, dulcedo autem eorum sanitas animæ.

De his favis, & de melle isto Chrysostomus lingua nescio an aurea, an mellea disserens: Hoc enim mel, inquit, non silvestres quampiam apes floribus insidentes colligunt, neque totum mancipantes alvearibus immittunt: sed spiritus sancti gratia construunt pro favis & alvearibus & fistulis, in Sanctorum animabus recondit, ut volenti liceat cum libertate iugiter vesci. Et, si vis illorum discere mensam, accede propius, & nos experieris velut eructantes. Omnia mitia & iucunda, & spiritualis odoris suavitate plena. Nullum turpe verbum possunt illa ora emittere, nihil scurrile, nihil asperum, sed omnia cælis digna. b

Et quemadmodum mel, quia cibus est, reficit, delectat, quia dulce, medetur, quia salubre est: sic & lingua melle illo imbuta & docet, & delectat, & movet. De lingua hac Augusti-

nus

quæ sit loquitur, unde dixit quidam eloquens, & verum dixit: Ita dicere debere eloquentem, ut doceat, ut delectet, ut flectat. Docere necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriæ. c Mellis favi, sermones boni. Ideo Hebræus ita hortatur: Comede, fili mi, mel, quia bonum est, & favum dulcissimum gutturi tuo. d Sed & alius linguæ favus sed heu noxius & fatalis, quem item regius scriptor studiosissime castigatum monet: e Favus distillans, inquit, labia meretricis, novissima autem illius amara, quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Hanc ob causam Hieronymus dixit: Lingua est [illegible], aut grande bonum est, aut grande malum.

Bernardus illustre speculum sanctimoniæ de se ipso fassus: Paveo gehennam, inquit, pa- veo Iudicis vultum ipsis quoque tremendum Angelicis potestatibus. Contremisco ab ira potentis, à facie furoris eius, à fragore ruen- tis mundi, à conflagratione elementorum, à tempestate valida, à voce Archangeli, & à ver- bo aspero. Contremisco à dentibus bestiæ in- fernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad escam, horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & sulfur, & spiritum procellarum. Horreo tenebras ex- teriores. Quis dabit capiti meo aquam, & o- culis meis fontem lacrymarum, ut præveniam fletibus fletum? *a*

Si Bernardus, si alij Deo coniunctissimi, ultimum tamen Iudicium horrent, quis securus erit homini flagitijs coopertus?

Elzearius vir ex asse probus sanctusque, vi- ta integerrimæ, præclarit coniugis Dalphinæ, quam virgo virginem servaverat, non diu se amplius in vivis moraturum. Parisijs morbum incidit, qui cum velut regium [illegible] Iudicij movit, & ad Iudicem transmisit. Elzearius quamprimum animæ à parvulo patrato com- missas noxas multis cum lacrymis repetiit, sa- lutisque Sacramentum Sæpius in morte iteravit, rem divinam ad lectulum quotidie fieri cura- vit. Inter has religiosæ mortis meditationes, id quod semper celaverat, aperuit. Nam di- vinitus, ut videbatur, inductus castitatis cum Dalphina coniuge servatæ indicium fecit, di- xitque ad amicos nihil horum expectantes: *Talem abiturus homini male per malitiam bo- nam, quam sicut Virginem accepi, ita sinceram & illibatam in vivis relinquo.*

Dehinc nihil deinceps cum mortalibus fa- bulatus, inter gravissimos cœlique continuos dolores assiduus ad reddendam Iudici ratio- nem composuit. Singulare solatio erat conti- nua Domini Iesu cruciatuum recordatio. Ide- oque Christi patientis historiam ad lectulum si- bi assiduè prælegi curavit. Et sicut [illegible] Hebræi Psaltæ memoriter recitavit, illud in pri- mis [illegible] repetiit: Dominus opem fe- rat illi super lectum doloris eius: universum stratum

stratum vitæ versasti in infirmitate mea. b

Eucharistia percepta cum ad instans ultimum sacro-sancto oleo inungeretur, cumque veteri ritu diceretur: *Per crucem & passionem tuam libera eum Domine*, idem ipse tertiò repetiit: *Per crucem & passionem tuam, libera me Domine*. Addidit magno spiritu: *Hæc est sola spes mea, in hac omnis certum est.*

Ac verò jam in ultimis constitutus, jam arcano Tribunali proximus, vultu terrifico pavoris & horroris indicia dedit manifesta, perinde ac si perquam difficilis & horrendus sibi labor objiceretur. Postquam aliquamdiu per hoc ocii habuit secum dialogum, repente exclamavit: *Magna mihi est contradictio, sed [illegible] meri Domini Iesu, & vicimus ex adverso longè validiores fugit & abiit.* Hic aliquantulum conticuit: paullò post iterum: *Iam vici*, ait. Postremo addidit: *Me totum æquitati divinæ Iudicis submitto.* Dixit & è vita discessit. d

Memorabile illud non silendum. Aderat moriendi homo nobilis, at libidine infamis. Hic inspecta viri sancti sub mortem horribili lucta, tanquam si imaginem arcani Iudicii actionem vidisset, summum repente sensit dolorem, ob vitæ prioris impuritatem. Nec distulit salutaria sanctiora consilia, sacerdotem qui moribundo aderat, mox à funere abducit, & magna vi lacrymarum, quidquid peccatorum sibi meminerat, expiavit. e

Convaluit sic hic homo mirum [illegible] tabulam inspiciendo. Nam quod Petrus monet, si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, commendent animas suas in benefactis. f

a *Bern. serm. 26 in Cant. circa med. mihi pag. 804.*

b *Psal. 40. v. 5.*

c *Campana, alumni quo solebant fallaciter perangi.*

d *Anno 1523. die 17. Septemb. cum annum ageret 26.*

e *Vita Sur. tom. 5. dicto die Septemb.*

f *1. Pet. c. 4. v. 18. & 19.*

§. III.

Elias Abbas annis septuaginta desertissimam solitudinem habitavit. Cibus illius sicca quæ panis cum paucis olivis; numquam totas hebdomadas ieiunio traduxit. Is tamque [illegible] semel comedit, comedebat. Senex in singulos dies ultra tres uncias panis & tres olivas nil sumpsit. Domus illius spelunca fuit angustiis plena. Ea porro [illegible] plena solebat, ut [illegible] valetudinem constituens Ætatem ad annum centesimum decimum perducens [illegible] tenebat. Hic sanctissimus vir Deoque conjunctissimus [illegible] dicere solebat iis qui ad ipsum veniebant: Tria sunt quæ timeo. *Primum est*, Animæ è corpore discessio. *Alterum*, inevitabilis necessitas comparendi coram Deo. *Tertium est* sententia, quam in me dicturus est Iudex. a

Non vanè timuit Elias. Nam etsi quis vivat instar Ioannis Baptistæ, & quotidie mortuos ad vitam revocet; ignorat tamen quam à Iudice sententiam sit auditurus. Longè alia sunt hominum, alia Dei iudicia. Cum omnem anteactam vitam à primo rationis usu, ad ultimum obitus momentum veluti in tabula depictam videbimus, de actis ipsi aliter, quàm nunc, iudicabimus. *Se iudice nemo nocens absolvetur.*

Simeon Salus sapientissimè Christi causa fatuus, à nemine non stolidissimus habebatur: altam ipsius sapientiam Deus miraculis demum detexit. Vir eius monasterii Ioannes Diaconus latentis sanctimoniæ fuit conscius. Hunc Simeon sub vitæ finem allocutus: Mi [illegible] Ioannes, inquit, neminem mortalium unquam sperne. Sunt enim inter rusticos & mendicos, qui Deo sunt charissimi. Ante omnia verum pete animæ tuæ vigilantissimam curam, [illegible] labore ac sudore multo ad illud eluctandum est. Cave ne in tanto horum pelago facias naufragium, inferorum belluæ [illegible]. Deus scit in quanto metu, in quantis sim angustiis, dum animam ex hoc carcere producturus sum, ut spero, sententiam à Iudice accipiat. Hic severè nimis multis est dies. Quapropter, mi frater, & fili mi Ioannes, ero & clementior erga pauperes misericors & liberalis esto pro viribus. Nā die mortis & Iudicii misericordia plus cæteris virtutibus valebit. Illud è psalmis nosti: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit*

bit

lacrum Dominicum: & illud etiam singulariter admone, ut nunquam altare sacrum ascendas, dum inimicitias aut odium adversus aliquem geris. Quare age, ambulemus dum tempus est, & animas nostras Iudici commendemus benefaciendo. Post tres dies decretum divinum [illegible]. Elapso triduo, ut dixerat, ad Christum Iudicem & remunerationem migravit. e

Liceat hic Dominicum illud usurpare: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? d Si in tantis angustiis sunt amici Iudicis, quid erit hostibus?

Ioannes Taulerus vir laboriosæ virtutis, Theologus & Ecclesiastes religiosissimus, qui [illegible] in sublimissimæ animi progressus fecit, ut nihil, nec post suum quidem obitum suo nomine in lucem dari voluerit: Si tamen aliis viderentur utilius aliquid ad formandos mores à se dictum scriptumve, id solius Magistri nomine edi permisit. Hic ipse gravi ac diuturna invaletudine multisque doloribus exhaustus, iam proximus ibat divino Tribunali. Cum ecce moribundus subito gestus horribiles ac pavendos edere, impatientius iactari, fremere, velle fugere nec posse, huc illuc manus iactare, oculos fœdum intorquere, aspectu esse formidabili. Hæc cum universos, quotquot aderant, non parum sollicitos haberent. Nec ad se rediit dum vitam clauderet. Adstans inter ceteros ad hoc spectaculum Taulero familiarior quispiam, qui amici morte tam horribili [illegible], alio migrare instituit. Tertio iterum die, post cœnam sumptam nocte media vigilans vocem eiusdem audiit, sed nondum vidit, ita terrore motus iacuit, sed attentissime vigilavit. Cui vox: Ne metue, ego sum amicus tuus ante triduum mortuus. Alter terroris plenus, hoc unum tamen interrogari ausus: Quo nunc loco esset, morte tam terribili defunctus. Huic vox iterum: Ita Iudex in me clementissimus fuit decrevit, ut ad beatitudinem tanto expeditius transirem, quanto in morte difficilius pugnarem. Et revera in eas me angustias cacodæmones adduxerant, tam subtilibus ac prævalidis fallaciis impugnarunt, ut mihi viderer desperationi esse proximus. Et nisi mors importuna intercludisset vocem, eos edidissem clamores, qui summos angores satis testari potuissent. Tu noli iam plura quærere, nec plura mihi fas dicere. Illa dictis in auras abiit. f

a Rufin. Apoll. c. 22. Pelag. libell. 3. n. 4. Palladius n. 52.
b Psal. 40. v. 1.
c Sur. to. 4. die 1. Iulij.
d Luc. c. 23. v. 31.
e Magister scilicet.
f Tomo singulari operum Tauleri circa init. mihi pag. 19.

§. IV.

Hic quæstio sit: Cur benignissimus Deus sibi etiam familiares, tantis tamen pavoribus pr[illegible] contenti? Si Iudicem omni vita coluerunt ac metuunt, cur in extremo metuunt ut hostem? B. Gregorius ad illud dubium respondens: Plerumque, ait, de culpis minimis pavor egredientes iustorum animas purgat. Ita probatorum animus ipse sæpe mortis pavore à levioribus contagiis emaculatur. Deinde, ut idem sacer scriptor ratiocinatur, quanto quis sanctius vivit, tanto cautius expendit, quam districtus adveniat æternus Iudex, ita secum ipse terminum quotidie prospicit, & ante severitatem tanti iudicis, quam tacitus vix sit passurus, attendit. Nam cuncta prava opera, quæ intelligere potuit, devitavit; veretur tamen coram districto Iudice, illa magis quæ in semetipso non intelligit pertimescit. Quis enim considerare valeat, quanta mala per momenta temporum ipsa inconstantibus cogitationum motibus perpetramus? Facile est enim opera perversa vitare, sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere. Et tamen scriptum est: Væ vobis qui cogitatis inutile. Sæpe ergo electis, etiam volentibus in cogitatione surripitur, quod in se quidem solertes inspiciunt, & ante Dei oculos quanti sit ponderis, attendunt. Et cum de his omnibus semper iudicia districta pertimescant, tunc tamen hæc vehementer metuunt, cum ad solvendum humanæ conditionis debitum venientes, districto Iudici appropinquare se cernunt. Et fit tanto timor acrior, quanto retributio certa est vicinior. Ante oculos autem cordis nihil aliud tunc transvolat, nisi phantasmata cogitationis, quia subducta è medio omnibus, se & illum tantummodo considerans cui appropinquant. Crescit

pavor

pavor in [illegible] retributione iustitiæ & urgente solutione carnis, quanto magis districtum Iudicium iamque quasi tangitur, tanto vehementius formidatur. Ecce ea, quæ sciunt, nunquam se perpetrasse meminerant, formidant tamen illa quæ nesciunt. b

Nec vero mirum quidquam est, Hilarionem, Arsenium, Agathonem, Augustinum, Dominicum, Bernardum, [illegible], Sabam, aliosque contremuisse metu Iudicij divini tactos. Sanctissimus Rex David quam anxie deprecatur: Non intres, inquit, in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. c Quid ergo facient tabulæ, ait Gregorius, si tremunt columnæ? Aut quomodo virgulta immobilia stabunt, si hunc pavoris turbine etiam cedri quatiuntur? d Paulus ipse cum dixisset: Nihil mihi conscius sum, statim subiunxit, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. e Iacobus Domini discipulus: In multis, inquit, offendimus omnes. f Ioannes Domini dilectus: Si dixerimus, ait, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. g

a Greg. l. 4. dial. c. 46.
b Idem l. 24. Moral. c. 7. post medium mihi pag. 831.
c Ps. 142. v. 2.
d Greg. dicto loco.
e 1. Corinth. c. 4. v. 4.
f Iacob. c. 3. v. 2. g 1. Ioan. c. 1. v. 8.

§. V.

Parisijs in cœnobio S. Francisci aliquis ex religiosis tyro in letali morbo ad extrema deductus est. Cumque iam lucta mortis instaret, vocem horrendam exclamavit: Me miserum, inquit, quanto satius fuisset nunquam nasci, quam ita mori. Paullo post: Libram [illegible], inquit, fideliter tracta. Mox & illud adiunxit: Appone aliquid de Domini Iesu tormentis & cruciatibus. Somnia hæc videbantur aut ægrotantis delira. Non multo post vociferatus est: Nunc bene habet. Mirabantur qui aderant innocentis iuvenis tantam in morte trepidationem. Atque ubi ad se nonnihil redijt, quærebant, quid hæ voces sibi vellent? Quibus ille: Vidi, ait, quam exactas Deus rationes poscerit, de occultis etiam cogitationibus, de otiosis etiam verbis, denique minutissimis quibusque noxis. Ad libellam omnia examinari severissimè, ideo me instanter ac miserè proclamasse, & librypendis fidem appellasse. Cumque cernerem promerita mea peccatis longe pauciora esse, & libram mihi minime favere, multum rogare, ut de Christi patientis promeritis aliquid apponeretur, quo pondus in causam meam vergeret. Hoc impetrato animam resumpsi, & bono loco rem esse pronunciavi. His dictis de vita decessit. a

Omnes viæ Domini Veritas & Misericordia, Benignitas & Iustitia.

Ergo rectissime Augustinus cum psalte regio vociferatus: Misericordiam & Iudicium cantabo tibi Domine. b Nemo, inquit, ad impunitatem sibi blandiatur de misericordia Dei, quia est iudicium. Et nemo in melius commutatus exhorreat iudicium Dei, quia præcedit misericordia Dei.

Homines quando iudicant, aliquando victi misericordia faciunt contra iustitiam; aliquando volentes rigidum tenere iudicium, perdunt misericordiam. Deus autem nec in bonitate misericordiæ perdit iudicij severitatem, nec in iudicando cum severitate amittit misericordiæ bonitatem. Ecce si temporibus distinguamus hæc duo, Misericordiam & Iudicium. Fortè enim non sine caussa hoc ordine posita sunt, ut non diceret Iudicium & Misericordiam, sed Misericordiam & Iudicium. Si ergo per tempora distinguamus hæc duo, fortè invenimus modo tempus esse Misericordiæ, futurum autem tempus Iudicij. Paulus dixit: Ego iam immolor, & tempus resolutionis meæ proximum est. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. Hoc tempore Misericordiæ. Audi de Iudicio, Superest mihi corona Iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex. Non dixit, donat, sed reddet. Quando donabat, Misericors erat; quando reddet, Iudex erit: quia Misericordiam & Iudicium cantabo tibi Domine.

Ergo, fratres quamdiu habemus tempus Misericordiæ, non nobis blandiamur, non nos dimittamus, non dicamus: Semper parcit Deus. Ecce feci heri, & pepercit Deus; facio & hodie, & parcit Deus; faciam & cras, quia parcit Deus. Attendis ad Misericordiam; &

non timere Iudicium. Si vis cantare Misericordiam, & Iudicium intellige, quia tempus sit ut corrigaris, non ut in malignitate permaneas. Non tibi blandiaris [illegible] iram in dicitur, & appellationem [illegible] Iudicij Dei.

His à se dictis clausulam apponens Augustinus: Numquid ideo, inquit, Iudicium Dei tantummodo formidandum est, & non amandum? Formidandum malis propter pœnam, amandum bonis propter coronam. *c*

a *Chronicorum S. Francisci part. 3. l. 4. c. 35. mihi p. 431.*
b *Ps. 100. v. 1.*
c *Aug. to. 8 in Ps. 100. init. expositionis mihi p. 498.*

CAPVT VI.

Quàm præparatio remota ad subeundum hoc Iudicium sit necessaria.

Quanam modo se homines parent ad reddendam rationem.

ISaaci filius Iacob cum annis quatuordecim Labano socero suo serviisset, demum à Deo monitus: Domine me, inquit, iustum est, ut aliquando providam domui meæ. *a* Traducetur, & nostrum cuivis in documentum. Dicat pro se quisque dum sanus est: Iustum est, ut aliquando provideam etiam domui meæ, ut ea cogitem quæ ad me pertinent, ut circumspiciam quid ex orbe hoc efferre liceat, ut me præparem ad reddendam rationem ad subeundum iudicium. Heu, tot annis servivi mundo, & quidem sine bona gratia tandem vanitatum & vitiorum, tandem corporis mei mancipium fui. Iubinit igitur, iustissimum est, ut aliquando providerem mihi & domui meæ. Alioqui idem ego exemplum habebo cum Similio fine, qui cum e curis liberatus, suo potius Imperatori quam sibi vixerat, hanc demum epigraphen suo tumulo iussit apponi: *Hic iacet Similius, vixit annos septem.* Nam ex omnibus vitæ annis vix septé decerpsit, quos anima curis impenderit. O insaniam me vitæ melioris! Nam si omne vivendi spatium, quod curis [illegible] dedi, computentur, vix illud demum sepulchro meo inscribi possem: Hic iacet vir inutilis aut bimulus fuerit. Ergo iustum est omnino, ut tandem mihi & Deo vivam atque sic domui meæ provideam. Quid autem ad providam domus internæ curam pertineat, hoc atque sequenti capite dicendum, illam quidem: Quæ præparatio remota Iudicio æterno sit præmittenda, explicabimus.

a *Gen. c. 30. v. 25. & 30.*

§. I.

DIlationem & procrastinationem, infestam rem maximam esse, iam supra demonstratum est. Idque Augustinus confirmans: Adeo omnes, inquit, circa corporis salutem providendam occupantur, ut locus non sit attendendi serio ad salutem animæ. Magis enim attendit infirmus, quomodo possit à morte liberari, quam dat operam, ut illa sit bona. *a* Denique tot spes dilationis, dum se domus victuros putant, & poenitentiam aliquando in melius mutantur. Contra quos dicitur: Ne tardes converti ad Deum, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. *b* Et rursum rogues Augustinus: Quomodo agit pœnitentiam, inquit, in extremis vitæ finibus constitutus? Quomodo pœnitentiam agere possit, qui nulla iam pro se opera satisfactionis ostendere possit? *c* Ideo pœnitentia quæ ab infirmo petitur, infirma est. Pœnitentia quæ à moriente tantum petitur, timeo ne & ipsa moriatur. Et ideo, charissimi, quicumque invenire vult misericordiam Dei, fructus agat pœnitentiam in hoc sæculo, ut salvatus esse valeat in futuro. *d* Maledictus Dominus, longanimis Dominus, misericors Dominus, sed & iustus Dominus, & verax Dominus. Largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto. Semper expectas, & de misericordia Dei tibi plurimum polliceris: quasi ille qui tibi per pœnitentiam promisit indulgentiam, promiserit tibi etiam longiorem vitam. Unde scis quid pariat crastinus dies? Nam in quo Propheta legis, quia promisit Deus converso indulgentiam, non legis, quia promisit tibi Deus longam vitam. *e*

De altera vita idem Augustinus: Erit ibi pœnitentia, inquit, sed infructuosa, erit ibi

præá-

pœnitentia, sed dolorem habens, medicinam non habent. Nunc est fructuosa pœnitentia, quando correctio libera. Pœniteat te ad vocem Scripturæ. Nam ad vocem præsentis Iudicis sine causa pœnitebit te. Tunc ille sanguinis dicturus est, & non erit quod reprehendas, quando sententiam dicturus est. Non enim faciet ante sententiam. f Ergo opus est ut conversatis, ne differendo subito moriamini, & omnino nihil inveniatur, quod in præsenti habeat, & in futuro possideat. g

Est autem præparatio duplex adventus Iudicii præmittenda. Illam remotiorem vocemus propinquiorem istam. De remotiore hic agimus, ea porro in his consistit.

a Aug. ser. 48. ad fratres in Eremo.
b Eccl. c. 5. v. 8. & 9.
c Aug. to. 4. l. Evang. quæst. q. 21.
d Idem Aug. to. 10. ser. 57. de Tempore, sive mihi p. 251.
e Idem to. 9. tract. 35. in Ioan. circa fin. mihi p. 108.
f Idem Aug. to. 10. ser. 109. de Tempore, ante med. mihi p. 298.
g Idem ser. 120. sive omnino.

§. II.

PRincipio iussa Christi sedulo consideranda: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur à nuptijs: Ut cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei. a

I. Lumbos debet esse præcinctos. In Iudæa nō minus viri quam mulieres, nec minus servi quam domini talaribus & oblongis vestibus utebantur, hinc opus aliquod aut iter facturi vestem amplam cingulo stringebant, ne impedirentur. Unde incessus liberior erat, & lumborum cinctus addebat robur. Hoc igitur nos Christus imperat: Omni abiecto impedimento, strenuè incumbite operi: omnibus horis parati sitis, paratissimi ad iter faciendum ex orbe hoc in alium. Hic sanè vivendi genus non laxum, negligens, dissolutum, sed castum, continens, operosum imperatur, quod pravas cupiditates divinæ legis vinculo astringat. Scitè ac verè dixit Ambrosius: Vita iusti mortis est imitatio. b Quisquis vult sancte vivere, [illegible] sibi assiduò moriatur.

II. Lucernas ardentes in manibus vestris. Fax aut cereus è manu numquam deponenda est. Non satis est lumbos vestibus succingere, oportet & ardentem facem tenere. Fax illa fides est, quæ nunc accensa est, cum aliud luminis præbet, unde quisque sciat quos mores, quas actiones, quo modo sine Dominus à se exigat, quo animo tollenda prospera, quo adversa tolerandæ, quo amore afficienda Deus, quo cæteræ res creatæ sint prosequendæ. Amandi Conditoris verissimus modus est, illum per omnibus & super omnia, & sine modo amare. Cave lucernam geras, & non ardentem fidem habeas, & eam non intentam: cave plus amoris rebus conditis, quam ipsi Conditori impendas plus hominem quam Deum diligas, magis aurum & gloriam amans, quam Dei gratiam perquiris. Fovere hæc lucerna necesse illam.

III. Expectantes Dominum. Vos, inquit Christus, servis strenuis atque fidelibus quam simillimos esse cupio. Qui, cum incertum sit, qua hora Dominus è convivio nuptiali redeat, horis omnibus summa cum diligentia & patientia expectant, ut Domino pulsanti, extemplo & citra ullam moram aperiant. Ignavus servus candelabrum cum lumine in mensâ reponit, se vero ad quietem componit, & securus dormit. Cum vero dominus fores ferit, ipse rhonchos trahit; vix demum expergefactus somnolentiam detergit, & tenuissimum internum lumen incendit. In malam rem hi servi, qui sibi potius & ignaviæ suæ quam domino suo serviunt. Servus impiger & in re domini sollicitus vigilat, expectat, fores pulsat, cumque vel sonum domini audit, mox procurrit, & lumen defert. Ita Christianus verus, numquam securus mortis, Domini sui adventum horis omnibus cogitat, in id unum intentissimus veniens Domino congruis obsequiis occurrere, ut etiamsi subito venerit, ei tamen promptum alacremque benevole conscientia sistat.

Hanc industriæ servi vigilantiam Gregorius exponens: Ad nuptias, inquit, Dominus abiit, quia resurgens à mortuis, & ascendens in cælum, supernam sibi Angelorum multitudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum nobis iam per iudicium manifestatur.

Venit

Venit quippe Dominus, cum ad Iudicium properat; pulsat vero, cum iam per ægritudinis molestias esse mortem vicinam designat. a Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim Iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & videre eum, quem contempsisse se meminit, Iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia lætus Iudicem sustinet. Et cum tempus propinquæ mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit. d Atque hæc præparationis annuæ pars prima est.

a *Luc. c. 12. v. 35 & 36.*
b *Ambr. de bono mortis c. 3.*
c *En quam clare arcanum singulare hoc Iudicium describat.*
d *Greg. tom. 3. hom. 13. in Evang. init. mihi pag.* 30.

§. III.

PArs altera: singulis annis in secessum suo descendere. Et in hanc rem, si ullo modo fieri possit, pauculos sibi dies sumere, eosque cogitando, legendo, meditando, precando transigere. Evoluto anno quivis sic cogitet: Totus annus meus est, meque bono mihi concessus erat. Heu quam multa vel uno anno negligimus, quam multa aut male committimus, aut negligimus, quam multa peccata per nos committuntur, quam multa beneficia à Deo accipimus, quæ demum illa reddimus? e Deo igitur nunc ad calculos sedebo, dum licet, & rationes familiares componam, conscientiæ tabulas inspiciam, cum Deo creditore meo calculum ponam. Vt autem hos dies sanctioribus curis destinatos quam optime consumam, actiones variabo. Legam, [illegible], scribam, precabor, gemam, [illegible], considerabo, meditabor, summa Dei beneficia, Christi cruciatus, hominum novissima, mortem, iudicium, inferos, cælum. Interim etiam subductam [illegible] ad annuam [illegible] dispositam.

Hæc quovis anno semel facere, rationi percommodissimum. Amasis rex Ægypti vivens sibi fabulam quotannis rationem reddi voluit, suis Præfectis itaque de vita, opificio, ardere suis [illegible], si qui [illegible] quam ferret censum, vitæ, domo, si qui [illegible], veluti fures [illegible].

Serpens singulis annis veterem pellem exuit, & novam sibi recentioris naturæ pellem. Numquid minus sapientia serpente? Non raro periculum vitam collidentes, ne lateri ac timere [illegible], nec damna delicti sentiamus. Excutienda est cuti hæc transitoria, distringenda sunt corporis colobium. Nam & accipiter eius rei mundam imaginem, quod Iobus affirmat: Numquid, ait, per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? a Hæc illa sapientia concessa est à Deo, qua singulis annis veteres plumas excutit, ut induat novas. Quod Gregorius ingeniose edisserit. Quid est, inquit, accipitrem in Austro plumescere, nisi quod unusquisque tactus flatu Sancti Spiritus contrahitur, & antiquæ vetustæ conversationis abiiciens, novi hominis formam sumit?

Quod Paulus admonet, dicens: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum. b Vetustam pennam proiicere est inveterata studia doloris actionem amittere, & novam pennam sumere est mitem ac simplicem bene vivendo sensum tenere. Alas autem ad Austrum expandere est per adventum Sancti Spiritus nostras constituendo cogitationes aperire, ut iam non libeat defendendo non tegere, sed accusando publicare. Qui enim vetera fatendo non detegit, nova vitæ opera minime producit: qui nescit lugere quod gravat, non valet proferre quod sublevat. Ipsa namque compunctionis vis pectus concidit aperire, & plumas virtutum fatebo: eumque se studiose mens de pigra vetustate sedatque singulari novitate invenescit.

Deinde cur annuam hanc curam negemus animo, cum sæpe maiorem impendamus corpori? Quantis sumptibus, quanta sollicitudine sepulchrum nostri cadaveris insolatum struimus? singulari studio seliguntur marmora, conducuntur lapidarii, aut opus ex ære caldario fusile dolatur: accedunt picturæ cum Epitaphiis omnia solennissime curantur, ut tali decore iaceat. Illa non damno, sed curam ampliorem pro animo requiro.

Iobus non male provisus fuerit. In nidulo inquit, meo moriar, à In domo sua, in aliquo & [illegible] loco cogitaverat Iob mori. Sed altius mysterium hic latet, quod etiam Hieronymus hoc sensu. Cum Iobus etiam vitam felicissimus ageret, mortis tamen quam

quam obliquus nidum sibi struerat quotidiana inclinatione. Nam sicut aviculæ nidulos sibi ædificant [illegible] globulatim congesta; Ita Iobus quotidie prævidit mortem, quotidie secum agitavit sepulcrum, atque velut sedula hirundo glebas comportavit ad struendum nidulum, in quo defungeretur. Non alio exemplo nidulum nobis eligamus [illegible], in quo moriamur, nunquam in loco altiore tuto stabimus.

Hebræus vates Abdias præcipitium cavendum monuit. Si exaltatus fueris, inquit, ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. e Itane, Abdia, nec in altissimo quidem loco, nec etiam inter sidera securitas? Quocirca potius tutum quam altum locum eligamus. Tutiorem autem nusquam reperiemus, quam in divino sed cruento vertice Christi Domini, inter sertum spinarum.

Hic vera securitas, hic tutissimum asylum, hoc nulla prædatrix avis ad nidum accessit, hinc nemo, nisi volens, præcipitabitur. Hic [illegible] nidulos longe securissimos. Huc homo moriturus confugiat sed confugiat mature. Hoc aio: Non est maius solatium, nec certius auxilium morituro, quam è Christo patiente cruciatibus ac morte.

Optime dixit Ambrosius: Omnia habemus in Christo, & omnia nobis est Christus. Si vulnus curare desideras, medicus est. Si febribus æstuas, fons est. Si gravaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si cælum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum quæris, alimentum est. f Sic de Christo Ambrosius Augustini præceptor; nec aliter Augustinus Ambrosij discipulus. Copiosa, inquit, redemptio data est nobis in vulneribus Iesu Christi Salvatoris nostri. Magna multitudo dulcedinis, plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei resurgo. Cum diabolus mihi parat insidias, fugio ad viscera misericordiæ Domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moveat membra mea, recordatione vulnerum Domini mei extinguitur. In omnibus adversitatibus non inveni tam efficax remedium, quam vulnera Christi. In illis dormio securus, & requiesco intrepidus. Nihil ad mortem tam amarum, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte Domini mei. Inter brachia Salvatoris mei & vivere volo, & mori cupio. g

En, obiectio quem nobis præceptor & discipulus nidulum monstrent, ubi tutissima sit securitas ab omni hoste. Mors & vulnera Christi summum solatium, certissimum auxilium sunt homini ad [illegible] decedendi. Certam hic medicinam inveniet ægrotus, si tam quæreris non omiserit [illegible].

a *Iob c.39. v.29.*
b *Cohel. c.3. v.5. & 10.*
c *Greg. l.31. Moral. c.28. medio.*
d *Iob c.29. v.18.*
e *Abdias v.4.*
f *Ambr. tom. 3. l. 3. de Virginibus, ante fin. mihi p.171.*
g *Aug. to.9. in manuali c.21. fin. Et c.22. initio. Et c.23. mihi p.388.*

§. IV.

PArs tertia præparationis remotæ consilij, seu potius præceptum Domini est: *Et ego vobis dico: Facite vobis amicos.* a Hic quædam accuratius notanda. Illud primum, amicos qui in arctis rebus opitulentur, habemus parare. Ad morientium lectulos quotidie videre est, quibus amicorum in auxilium opportunissimi. Nam etsi moribundum centum Cæsares, ducenti reges, trecenti medici circumsisteant, amicissimi omnes & fortissimi, vitam tamen moribundo prorogare non possent, ad tribunal defendere iudicandum non permittentur. Cum vero sermo agitur, nec corporales hi, nec opifices esse possunt [illegible], nullum ab his auxilium est. Amici ergo alij quærendi sunt, amici Iudicis, quos optime desiderari [illegible]. In terra præcipue sunt pauperes, In cælo mater Iudicis, beati Angeli, cæterique Cælites. Quæ tamen pauperum amicitia sit ineunda, iam supra demonstratum est. b Res clara. Esto misericors & liberalis in pauperes, eosque amicos habebis etiam nolentes, etiam invitos.

Non est alius modus pecuniæ in alium orbem tuto transmittendæ quam per manus

pauperem. Da egenti, & quod dedisti, cum fœnore amplissimo recipies. Tobias filium erudiens: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. c

Ergo, inquit Augustinus, exercete misericordiam: non est aliud vinculum charitatis, neque est aliud vehiculum quo perducamur in hac vita ad illam patriam. d Eleemosyna, Chrysostomo teste, vel ipsi cœlo imperat. Nam hæc, inquit, portas cœli aperit, & veluti regina intrat, nullus janitorem, nullus custodum qui portis assistant, audet dicere, quæ es tu? e

Notum est illud Hieronymi: Non memini me legisse mala morte mortuum, qui libenter opera Charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri. Liberalis in egenos chirographa parat & codices in arcano Iudicio contra cacodæmonis codices & chirographa proferendos. Qui dat eleemosynam, pignus bonum sibi thesaurizat in diem necessitatis. Eleemosyna liberat à morte: Eleemosyna non patitur animam ire in tenebras f.

Quo autem modo beatorum Cœlitum patrocinia sint ambienda, in Trismegisto explicare docui libro secundo, capite sexto, paragrapho secundo. Eo, mi Lector, quæso te non pigeat redire. Hic verbo rem absolvo.

Cum Iudicis Mater, æterna Virgo, cum immensæ classes diversarum Angeli, cum Domini sancti discipuli, cum omnes homines beati ex Iudici Christo amicitia sint juncti, qua excidere non possunt, par est eos quotidie certis obsequiis ambire ac precari, iis præsertim diebus qui ipsis festi ac sacri sunt, & eo præcipue tempore, quo divinum epulum accumbentes, Christum intra viscera excipimus. Et quæso, num ego male ratiocinor hoc modo: Sunt tot centena millia, tot milliones Angelorum, qui Christo Iudici multo gratia & amicitia longe conjunctiores sunt, quam ulli optimatum Principum cubiculo præpositi.

Hos omnes merito Reges ac Cœlites dixero, qui illi dominantium Domino subserviant, quorum vel unicus apud supremum Orbis Imperatorem plus valet gratia, quam omnium nostrorum Regum amici intimi, gratiosissimi, apud suum quisque Regem favore polleat. Illos igitur tot Angelos, apud Iudicem tam gratiosos, tam potentes, tam humanæ genti benevolos quotidianis obsequiis, ac precibus, quam alii qualibuscumque gratiæ actionibus mihi demereri & amicos reddere conabor, idque eo fine, ut cum ego in arcto hæsero, [illegible] utramque vitam & mortem fluctuavero, illi pro me Iudici fiant supplices, & mihi [illegible] clementiam exorent. Et quomodo possim non plurimum spei ac fiduciæ in his [illegible], ac tantum [illegible] patronis & deprecatoribus collocare? Neque dubitandum est, quin ii sese pro meæ salutis periculo faciles præbituri sint deprecatores, si quidem ego, ut dixi, cultu quotidiano eos mihi demeruero, & Domini jussu amicos fecero.

Ex te jam, Lector, quæro, numquid hæc mea ratiocinatio proba est? si audes, damna. Quod si probas, & tu eam sequere. Revera non gratis aut frustra colimus cœlites, non est vana cujusmodi prælatio? hoc genus ambitus laudabilissimum est, hæc Domini jussa sunt, Facite vobis amicos. Hoc autem tanto crebrius fecerimus, quanto constantius. Obsequia quotidiana divis Cœlitibus impensa in irritum cadere non possunt.

a *Luc. c.16. v.9.* b *Supra c.6. § ult.* c *Tob. c.4. v.7. & 9.* d *Aug. tr.5. in Ps. 10. mihi p.476.* e *Chrys. ho. 32. in ep. ad Hebr.* f *Tobiæ dicto loco.*

§. V.

Quod ego de Angelis supremi Iudicis ministris, idem & potiori jure de ipsa Iudicis Matre dixero. Hæc est illa vera Salomonis posita mater, cui filius Rex utique tantum defert honoris, quantum Salomon matri suæ detulit, cui dixit: Pete mater mea: Neque enim fas est ut avertam faciem tuam. a Hæc mater misericordiæ non deficiunt clientum, qui sese quotidianis obsequiis ipsi fideliter commendant. Ideo B. Ephrem precari solitus est: O Virgo misericors, adsis mihi semper, & in supremo vitæ momento animam meam tuis patrociniis defende, ac dæmonum aspectus ab ea procul repelle. Anselmus precatur: Pie Domine, parce servo matris tuæ: Pia

Domina, posse etiam servo Ephibal, qui me [illegible] inter duas tam immensas [illegible], [illegible] inter duas tam [illegible] [illegible].

Hanc talem deprecationem à Matre Domina [illegible] [illegible] Bernardus doctrina: Gratiam ut, quicquid illud est, quod offerre paras, Mariæ commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratiæ redeat, quo [illegible]. Neque enim impotens erat Deus sine hoc aquæductu infundere gratiam prout vellet, sed tibi vehiculum voluit providere. Forte enim manus tuæ aut sanguine plenæ, aut infectæ muneribus, quod non eas ab omni munere excussisti. Ideoque modicum illud quod offerre desideras, gratissimis illis & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. b

Sunt alia, quod repeto, & usque repetam, & inculcare non desinam, singulis horis, præcipue horæ principio mentem ad Deum erigendam. In eam rem consultissimum est certa [illegible] precatiuncula facere, aut Dominicam orationem, seu Angeli salutationem, seu brevem aliam orationem pronuntiando. Illud in Matre Domini salutanda addentes dicendum: *Nunc & in hora mortis nostræ.* Par est omnino, & plane convenientissimum, ut horis omnibus ultimam Iudicij horam propitiemus. Nec puto ego tam bene mori posse, qui non horis omnibus Iudicem tam sæpius fuerit deprecatus. Nihil hic enim laboris exhibendum, res summi momenti est, cui summa omnino impendenda sit vigilantia.

Theologorum omnium vox est cum Aquinate Theologo, cuius hæc verba sunt: Homo in gratia constitutus ad hoc ut usque ad finem vitæ suæ in bono perseveret, speciali divino auxilio, rectas intentiones impellat illum præterque indigere: multis enim datur gratia, quibus non datur perseverare in gratia. d Aquibus singularem perseverandi gratiam, nullis virtutum laboribus emereri possumus. Donum est, non debitum, & plane gratuitum donum, quod assidue deprecari debes à Deo flagitandum [illegible]. Princeps viro nobili [illegible] donat, ea tamen lege, si idem obsequium perseveret. At sic gratiam in principem delinquens non tantum castri, sed & capitis amittendi periculum adit. Eadem ratio est omnium qui graviter delinquunt in Deum: in gratia erant, promissione cælum trahebant, sed quia promissorem offenderunt, iam & gratiam & cælum perdiderunt. Quod & si Princeps ille viro nobili tam singulare gratiam, qua non posset unquam excidere, præstaret, hæc certe gratiarum omnium summa & excellentissima foret gratia, vix uni è multis millibus concedenda: Ita Deus, viris paucissimis hanc summam perseverandi gratiam transcripsit, alios omnes vult in spem & metum ad Tribunal progredi. Hinc nemo est qui non cum Iobo dicere cogatur: Etiamsi habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum Iudicem deprecabor. f

Quando igitur Deus supremam illam perseverantiam nemini promisit, atque nos nulla virtutum officia, vel maxima, vel crebrioribus repetitis promereri possumus, dignissimum profecto est, ut eandem hanc gratiam horis omnibus, instantibus precibus flagitemus. Ea in eam rem exclamentemque eo constanter ut Caelites in obsecrationis sanctitatem vocemus. Sic armata preces non erunt irritæ.

Quærite pacem via Domini, rectas facite semitas eius. g Prope est iam Dominus: Præ foribus stat Iudex: Beatus homo qui semper est pavidus, qui vero mentis est duræ, corruet in malum. h Nemo dicat cum ignavo [illegible]: Fodere non valeo, mendicare erubesco. Vere & casta: Fodere valeo, mendicare non erubesco. Conscientiam tuam fode, & illic fode, confitendo, & ibi mendica: Matrem Iudicis tibi concilia, tot sanctos Angelos tibi amicos para, omnes cælicolas auxilio voca. Et quia interpellant ipsum adi Iudicem, & cum eo causam tuam sollicitissime tracta. Nunc supplica, nunc exorabilis est, nunc tibi tam facili negotio propitiaveris. Da paucis frustum, & eme cælum; nunc lachrymas cum pro nobilissimis gratiis, preces tuas pro plane selectissimo remis tua pro instructissimo servitio accipiet. Præsens tempus sementis est, Æternitas futura messis.

a 3. Reg. c. 2. v. 19.

b Bernard. Nativ. Mariæ, de aquæd. fi. fer. mihi p. 279.

c Vide Trismegistum maiorem l. 2. c. 3. § 2. Ubi hæc

alterius traduntur.
c Vide Trismegistum meum l.2.c.3.§ 2. Vbi hæc alterius traduntur.
d S. Thom. 1.2.q.109.art.10.in conclus.
e Scilicet de condigno, ut loquuntur scholastici tantum de congruo: hoc est, purissimi nostra promerita iuste negare, & alterius. Et recti dunt rite.
f Iob c.9.v.15.
g Luc c.3.v.4.
h Prov. c.18.v.14.

CAPUT VII.

Quæ præparatio propinqua hic requiratur, seu, Quid faciendum instante tempore rationis reddendæ.

LOngè aliter sensit Thomas Apostolus, cum de redivivo, sed absente Christo loquerentur Discipuli, & cum ipse præsentem esse se Christum solus oculis est intuitus. Priusquam Christum coram cerneret, nullus ei certior testis satis locuples est visus: quicquid viri fas illis diceret, non aliquanto diceretur, supra fidem ... quicquid aliorum aures & oculi testantur, ipse omnibus suum illud, *Non credam*, constanter opposuit. At vero cum Dominum Iesum à morte reducem suis ipse manibus contrectavit, iam alios vidit oculos, linguam & animum alium induens: O Dominus meus, & Deus, exclamavit, undequaque se victum confessus est Thomas.

Ita prorsus de morte ac iudicio longe aliter iudicat homo sanus, atque cum mors iam in oculis est, & Iudex propinquare cernitur. Sanus sperabat mortem, nec curâ non securus ... Multa vocabat illis, *Non credo*, eloquebatur; quædam opinione solum terribilia credebat; ita sibi securus & cœli negligens pergebat.

Cum vero iudicialem cernit ferculum, cum Tribunali se proximum iam animadvertit, huic quam pavidus ac pusillanimis est, quam sola ... omnem ... Beati qui prius ista credunt quam experiuntur.

Tria sunt quæ admirandam Dei potentiam ingerunt, à paucis tamen observari solita. Primum est ... hominum lineamentis vultus omnibus; eosque omnibus habitu esse dissimillimos, quod Plinius observanti asserens: In facie, inquit, vultuque nostro ... nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies existere, quod ars nulla in paucis numero præstet affectando. a

Alterum est: quemadmodum nullius hominis vultus, sic etiam nullius conscientia alterius conscientiæ similis est. Lex naturæ & summa rerum capita in omnibus eadem sunt, in occultis tamen & abditis, quæ conscientiæ inhærent, grandis diversitas est.

Tertium: tot hominum millia quovis die, imo vel quavis hora moriuntur, nullus tamen eodem penitus moriendi modo quo alter: quod ij affirmant qui frequentissime adsunt morientibus. Addere licet quartum. Nullus tandem omnino cum altero sententiam reddit, nec enim ullius præmium vel supplicium alterius præmio vel supplicio æqualissimum esse credendum, cum tantum penes merita sint adeo diversa. De omnibus tamen iam iudicatis, & omnium iudicandis illud Tobiæ pronunciandum: Iustus es, Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & iudicium. b Nam, quod Salomon ait, pondus & statera iudicia Domini. c Ad subeundum hoc iudicium quæ remotior requiratur præparatio, capite priori dictum, hoc præsenti dicendum, quam vocamus præparationem propinquam. Et quamvis hac de re Æternitatis Prodromus d documenta quædam suggerat, ea tamen confirmativa hoc loco tradenda.

a Plinius l.7. nat. hist. c.1. fine.
b Tob. c.3. v.2.
c Prov. c.16. v.11.
d Prodromus Æternit. c.3. §.1.

§. I.

PRimum præparationis propinquæ caput est, *Nec Testamentum, nec aliud quidquam horum differre, aut relicere in ultimas horas.* Tunc primum velle Testamentum componere, cum iam totus conscientiæ liber volvendus, cum in labiis hæret anima, serum nimis est. Tabellæ testamentariæ sanissimum exigunt iudicium, ne quid in iustitiam aut misericordiam peccetur, ne pauperum subrepat oblivio, ut bene meriti iustitia facultatibus excludantur.

Quoniam

Quantum inimicitiarum & litigiorum saepius caveri potuisset, si confecta haec maturius fuissent. Haec negotia tempore tam mobili & negotiis pleno tractari non possunt absque erroribus.

Qui satis vincere se nequit, ut occupationes tantisper seponat, quomodo iam aeger se adiget, ut in morbo hoc recte curet, cum alia sint tam multa quae occupent & perturbent.

Ezechias regum optimus, cum ab Isaia monitus illud audiisset: Praecipe domui tuae; morieris enim tu & non vives. a Hoc sibi unum fulmen ita sensit, ut non regnum obrueret, non testamentum; sed vitam & sanitatem cogitaverit. Ergo, quod facis fac citius. b

Alterum est: *Quidquid moribundus ipse potest facere, non aliis mandet post mortem faciendum.* Si quid curatum velis, ipse cura. Qui in rebus propriis socors est, quomodo sperat alios in alienis tam fore industrios? Deus aequissime permittit, ut quod quisque neglexit, tametsi proximum sibi sit, illud cognati vel amici obstinatius aut pertinus non exequantur. Tobias quicquid potuit, ipsemet curavit, pauca quae ipse nequit exequi, filio commendavit: Cum, inquit, acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vitae eius. c

His confectis cura omnis ad animum transferenda. Hoc unicum moribundi negotium sit, cum Deo agere, cum Iudice causam suam tractare. Diabolus omnibus modis satagit, ut hominem moribundum spinis coronet, sicut praetoriani milites Christum crucifigendum: diaboli spinae sunt curae superfluae, his animum aegroti lacerat. Quid obsecro, ad te, mi aeger, quid iste aut ille fiat; quid iste aut ille moliatur: Tu tua, & teipsum cura. Quid hominem quaeris? Homines & humana mitte, cum Deo agendi assem pervenisti.

Augustinum in extremis solitum refert Possidonius: ad Tribunal a nemine suscipiendum sine digna poenitentia. Quod & ipse Augustinus exemplo docuit. Nam septem poenitentiae Psalmos grandiori charactere scriptos & proximo parieti fixos assidue legit non sine larga lacrymarum fluxu. Decem diebus ante obitum praecepit, ne quis ad se ingrederetur, nisi medicus, aut is, qui cibum ferret. Sic tempus omne precibus & lacrymis dedit.

Ioannes Anachoreta triduo ante mortem cum nullo mortalium, sed cum Deo solo colloqui voluit, ideoque neminem penitus ad se admisit. Repertus est mortuus, sed ita genibus & orans quam simillimus. d Igitur omissis omnibus, teipsum cura, & para ad Iudicium.

a 4. *Reg.* c. 20. v. 1.
b *Ioan.* c. 13. v. 27.
c *Tob.* c. 4. v. 3.
d *Ruffin. Aquil.* c. 1. *fine.*

§. II.

Tertium est, *Ecclesiae sacramentis ad extremum iter se instruere.* Sacra confessio, si fieri possit, omnis anteactae vitae noxas capiet, iis saltem quae conscientiam magis mordent, directa, aut certe a priore ultima instituta. Illis metum illum levius excusserunt, qui antea generali Confessione omnes conscientiae sordes eluit, atque sub unum velut aspectum omnes & noxas, & noxarum confessiones collocat. Exhomologesin & poenitentiam sequatur Eucharistia, quae viaticum coeleste praebet ad illam profectionem ultimam.

Elias, quod Reginam fugisset Iezabel, in umbra subter iunipero dormivit. Hunc Angelus secundum expergefaciens: Surge, inquit, comede, grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb. e Idem hic monendus est aeger: Age, comede, grandis enim tibi restat via, usque ad Tribunal Christi, usque ad montem Dei super caelum caeli ad Orientem. f Ergo comede, & in illius cibi fortitudine ambula.

Eucharistiae iungitur unctio extrema. Iacobus Apostolus ubi adventus Dominici & Iudicis ante ianuam assistentis monuisset, addit: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. g

Haec igitur Sacramenta sibi aegrotus ipse petat impensius. Hic velle cogi, pene violentia est.

Quartum, *Exiguum quod restat temporis sanctissimis quibusque actionibus occupare.*

In eam rem argentum à variis omnibus sese avellat, & id unum in mente habeat; *Ad Iudicium, hora ad Iudicium.* Hoc igitur cura, quod Iudicij est futuri. Dum aliquem in corpore spiritus sepositus, eam satisfaciendi, quam promerendi tempus est. Ab homine autem moribundo longas precationes, aut voluntarias pœnas exigere sectum est. Hic jam suspirijs, gemitibus, precatiunculis, quas vocant, jaculatorijs agendum. His pleni sunt Davidis hymni. Qualia sunt illa: In te Domine speravi, non confundar in æternum. d Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Rursum post tenebras spero lucem. e Credo videre bona Domini in terra viventium. f Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei: g In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. h Plura notavimus in Æternitatis Prodromo. i Sed hæc omnia jam prius oportet esse cogitata & usu facilia reddita.

Addo: Etiamsi moribundus nil amplius videatur posse agere, potest tamen etiamnum stipem largiri, saltem alienâ manu; potest amare Deum quo nihil melius, & hujus amoris actus quam plurimos exercere. k potest placando Iudici suo totos mundos optimis desideriis plenos offerre. Quod ut omnes faciant, valde hortor & obtestor. Pambo è præcipuis anachoretis vir religiosissimus jam moriturus dixit: Ab eo tempore quo locum hunc desertum immigravi, nullus mihi dies abijt, quo non aliquid operis manu fecerim. Nunc ad Deum abeo tanquam nondum religiosus esse cœperim. l

Voluisset utique Pambo, si Deo placuisset, novam ordiri vitam, majore, eaque fabrili fervore animi, sicut Alphabetarius post litteras nosse incipit, & colligere. Sic Pambo tam promeritis quàm desiderijs sanctissimis plenus decessit.

a 3. *Reg. c.* 19. *v.* 7. *&* 8.
b *Psalm.* 67. *v.* 34.
c *Iac cap.* 5. *v.* 24. *&* 25.
d *Ps.* 30. *v.* 1.
e *Iob c.* 13. *v.* 15. *Idem c.* 17. *v.* 12.
f *Psa.* 26. *v.* 13. g *Ps.* 41. *v.* 3.
h *Ps.* 30. *v.* 16.
i *Prodromi cap.* 5. §. 22. 42. *&* 43.
k *Quinam hi sint, vide Heliotropium meum libro dim VIII.* l *Pallad. cap.* 10.

§. III.

QVartum, *Omnium suam voluntatem quam integerrimè ad Divinam conformare.* Nihil moribundo salubrius, nihil ad hoc iter felicissime conficiendum expeditius, quam perfectissima sui ipsius oblatio in voluntatem Dei, idque in rebus omnibus. Quapropter ita sese comparet moribundus, ut vix aliud enunciet ore, quam illud Iobi: Sicut Domino placuit, ita factum est, ita fiat. Sit nomen Domini benedictum in æternum. Domine IESV, & vivere & mori paratus sum, prout vis sic fiat.

Illud tempore non quàm maximè placet Iudici Christo, si moriens & citatus ad suũ Tribunal, tam promptè Iudicis arbitrio sese submittat, dicatque: En adsum, præsto sum, qua hora, quo puncto horæ venire me volueris Iudex, libentissimè veniam. Aut expectare, aut stare in eo quo mihi est. Quod jusseris Iudex, & prout jusseris, hoc faciam.

Hæc verba moribundi aurum & gemmæ sunt ad conciliandum Iudicem mirè potentes. Sic homo vitam rem omnium charissimam Conditori offert. Atque hoc etiam obligamur facere. Nam sicuti danda est vita, & per cruciatus etiam effundenda, cum ea poscitur in Religionis ac fidei testimonium, sic eadem deserenda est, cum illam mors naturalis postulat in testimonium obedientiæ. Vt autem id tantò promptiùs fiat, seriò cogitandum: Ipse etiam Iudex, & Iudicis Mater, & tantis amici hanc mortis iter acceperunt: quid nos miselli mortem omnes, fatalites communem tergiversemur? Quo tempore quisque hominũ sistendus sit Tribunali, Iudex omnium optimè novit. Nostrum est quàm promptissimè comparere, si Iudex solum annuat, & nutu vocet.

Aiunt septentrionibus quidam Principem ab Oratoribus Cæsaris jussum est bonis omnibus & toto Ducatu suo cedere. Ille adeo nil moratus tam promptè quàm generosè hoc uno verbo respondit: Libentissimè; & polliceor me in potestate Cæsaris futurum, cui mea omnia subjecta sunt.

Vtinam dictum, superi! Quid nos hortamur ad Iudicem vocati nisi ut dicamus, quod hoc ipsum: Libentissimè, eo adsumus.

Nos

Nos ipsos obsecro quotidiana meditatione sic formemus, ut justa vita cedere & adesse quæstioni, pro se quisque cum constantia dicere: En adsum. In supremi Judicis potestate sum, cui vitam meam meaque omnia acceptum fero, libentissimè igitur his omnibus cedo.

Hoc Christianorum sapere sic plurimum propitiatur Judex, si vocatus ad Tribunal se reum agnoscat, & omni abjecta mora nutum Judicis sequatur.

Hermes Trismegistus in Asclepio suo divinè dicit: Voluntas Dei ipsa summa est perfectio, utpote cum voluisse & perfecisse, uno eodemque temporis puncto compleat. Simplici mente & anima divinitatem colere, ejusque facta venerari; agere etiam Dei voluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima, hæc est nulla animi importuna curiositate violata Philosophia. a

Catharina Genuensis vitæ integerrimæ virgo in fundamentum omnis sanctimoniæ mordicus illud unum tenuit: Fiat voluntas tua. Hoc idem moribunda assiduè ingeminat: Divine Judex Domine Jesu, fiat voluntas tua, fiat, fiat, fiat.

Hoc documentum, mi Lector, identidem ingero, nec sine causâ. Hoc meum Horologium, hoc Prodromus, hoc totum Heliotropium docet. Nec vero istud fastidio sit, idem sed aliis atque aliis rationibus & argumentis suadeo.

Hoc habeo, præceptionem longe utilissimam, scilicet, humanæ voluntatis cum divina conformationem, omnium pectoribus, si fieri possit, insculpere. Hoc enim ne c ad vitam sanctè instituendā, nec ad mortem piè obeundam quicquam utilius scio, id aliòqui cum fidelibus meritis insinuaremus. Hoc unum [ad Dei voluntatē se conformare] cum vitæ tum mortis ingēs, incredibile, summū fert præsidiū.

a *Trismeg. apud Marsil. mihi p. 176. & 178. quem supra laudavimus.*

§. IV.

ATque hæc quinque capita expeditum sternunt iter ad supremum Judicem. Quod vel suo etiam exemplo firmat Arnoldus Presbyter & Canonicus Reichersbergensis Ecclesiæ. Cœpit is ante Christi Natalem lenta, sed pene continua febri æstuare, & paulatim facessere ad tumulum. Interrogatum super ea valetudine, serena fronte & hilari facie respondit: Bene, divino munere, sentio quidem vires sed dolores nullos sentio. Cibum, quem omnem morbus fastidierat, raro admisit. Matres quas sæpe & insolenter salutabat, colebat & ægrotas repræsentavit, nunquam non mente placidus, & inconcussa patientia his qui lectulum cingebant, obtemperans earum commendavit. Et velut præsciens sui funeris, ipso die solemni Virginis Deiparæ sepeliri voluit. Nec aliter quam destinaverat, evenit.

Itaque post matutinas preces, antequam diluceret, repentè terrifico aspectu ac hiantibus oculis adstantes vidit diabolos. Hic ille horrere, tremere, angi, sudare, & inclamare fratres his vocibus: En domus hæc plena est dæmonibus. Non cernitis inferorum monstra? Ad has voces Christi in Cruce pendentis imago ei porrecta, hanc ille osculis & complexu venerans, velut clypeum objecit larvis Avernalibus. Nec desijt Crucifixum Dominum una cum præsentibus in auxilium vocare. Qui circumsteterant, tremebant, orabant, & penè animam cum illo agebant. Non enim solum morbundi lecta, sed & locus ipse nescio quid horroris incusserat. Ægrota insuper iam ante eramus adhortatus, Orationem Dominicam, aiebat, assiduè repetite. Hoc Symbolum adiungite Credo in Deum, Credo in unū Deum. Hâc unâ re nihil efficacius adversus dæmones. Sed & Matrem Domini, ejusque fidum patrocinium imploremus. Factum. Mox iterum æger: Ubi sunt plures, inquit, multis enim nunc opus est precatoribus. Singulariter Virginē beatissimam, Domini matrem invocans, cum divino nomine satiari non poterat. Ita semivivus, & velut medius inter vivos ac mortuos, inter Angelos & diabolos, hinc accusantes, inde defendentes luctatus est. Ideo subinde has voces misit: Accusate modo, accusate modo; ego etiam meipsum accusavi. Fiduciam revera omnem in Domino & matre Domini collocarat, solo Deo nisus. Nihilominus terribiles cacodæmonū formæ non cessabant repugnantem infestare. Et quāvis vox fracta iam & debilis esset, collectis tamen viribus eam intendens, non sine clamore cacodæmonem repulit, & Abi, ait, ut fur, abi, abi.

Itemque, opportebat dies, cum illa Virginis Matris tutelam obtinendam supplicans diceret: Hac mihi veniam apud Iudicem vel veniali potentiâ exorare. Sic noctis superata [illegible], & per subsidentis, decimam protendit. Et velut praecipuo [illegible] affectu [illegible], psalmum incepit: Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. a

Mox vultu ad circumstantes verso, & digito in Crucifixum intento: En, inquit, hic salus nostra, hic nostrae libertatis vindex & parens est. Mox addens: O, inquit, [illegible] O quantum, ait, & quàm inexplicabilem certo gloriam! Vana sunt, nulla sunt quae antehac tempori [illegible] levem ac momentaneum hoc tribulationis nostrae, aeternum gloriae pondus in nobis operatur. b Deinde tanquam respirans post difficilem pugnam: Maria Virgo, ait, veniam mihi apud Iudicem impetravit. Moxque non longâ interpositâ caput erigens, totumque corpus quantum licuit per vires allevans, & utramque manum longius protendens, surgere nitebatur, tanquam ab aliquo ad alterum vocaretur. Sed exhaustis jam viribus, jamque extremi [illegible] conatus. Ideo loqui sic coepit [illegible] voce: Non possum, inquit, surgere & abire, mox in lectum recidens conticuit, nec multo post animam [illegible] ad Iudicem. Anno Christiano millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, ipsis Kalendis Februarii.

Dum aegrotaret, ad documentum [illegible] Evangelia [illegible] psalmi, quos ipse [illegible] voce incipiebat, caeteris ad eos [illegible] respondentibus: Iam non amplius, inquit, [illegible] Presbyterum, sed [illegible]. Ita [illegible] & nos suo quisque ordine. Et Princeps huius mundi nec nobis parcet, [illegible] caeterorum. Quod & Presbyter ille monuit, [illegible] ad mortem etiam excessum adserentes. c Et ne miremur: Dominus enim de seipso dixit: Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: d Quod confirmat Lucas: Et consummata, inquit, omni tentatione diabolus recessit ab eo usque ad tempus. e Usque extremo tempore sub [illegible] non defuerunt.

a Psal. 121. v. 1.

b 2. Cor. c. 4. v. 17.

c Chronic. Rauchenbergensis ad an. 1566. recens editum à Christophoro Gewoldo Iurisconsulto, Monachii, Anno 1612. pag. 2[illegible]5 & seqq.

d Ioann. cap. 14. v. 30.

e Luc. cap. 4. v. 13.

§. V.

IN hanc igitur diem vigilare opus est & [illegible]. Cum Ezechias Rex nuncium belli non [illegible] accepisset, scidit vestimenta sua, & opertus sacco ingressus est domum Domini, appellavitque diem illam tribulationis & increpationis. f Dies qui ad Tribunal divinum nos vocat, verè tribulationis & increpationis dies est, quo etiam optimus quisque suae sibi [illegible] negligentiae & vitae maculas obiectari audiet. Dies ille non [illegible] tantum, sed & facultates animi dissipat, & iniicit [illegible], dum [illegible].

Christus Dominus cum extremi ac publici Iudicii signa praedixisset: His, inquit, fieri incipientibus, respicite & levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. g Quo vero respiciendum? Bernardus montem Golgotham [illegible] digito monstrat. Hic erat in crucem affixus, & triplex moriendi [illegible] est cernere. Primum in latrone obstinato, qui è cruce lignea in flammeam, à morte in mortem migravit, è trabe in ignem praecipitatum. Alterum in latrone resipiscente, qui dolores crucis patienter sibi reddidit salutiferos, qui crucem paradiso, mortem vitâ, tartarum sibi debitum coelo mutavit felicissime mercatus. Tertium in Christo moriente, qui perdita omnia restituit moriendo, qui ideo pandit brachia, ut in amplexus recipiat omne hominum genus. In haec brachia, in hos amplexus [illegible] homo moribundus, & propitium sperat Iudicem, si tam benignum quaesierit servatorem.

Quando igitur mortis dolores ingruunt, cum [illegible] vespertina [illegible], & cum [illegible], tunc maximè opus patientia & constantia, ne à tormento moribundus transeat ad tormentum. Hic [illegible] aegroto, angustiae [illegible] ad consilium, in rationem venit necessitatem. Patienter tolerate vincitis, & ad Iudicem [illegible]

[illegible] est, hic novo crimine. Hic ipse corona, hic & ipse Captivus Christi sum, & vinculis ab [illegible] & ditat Iudici. Sequar libenter, & hac [illegible] Iudicis vocantem. Hæc omnia quæ patior, & hæc longè [illegible] commerui; sed opus divinæ [illegible] & hoc [illegible]. In [illegible], Christi [illegible] brachia me immitto, in aperta Christi vulnera me intertego, hic ab omni hoste [illegible] latebo, dum divina [illegible] defensat.

Ita, mi Christiane, ita nos sentire, ita loqui convenit. Ex quo [illegible] hæc sibi [illegible], omnibus [illegible] ad tres illas in monte Golgathæo cruces. Prima dat spectandam obstinationem & impœnitentiam, certum ad Inferos scalas. Secunda pœnitentiam, & vel seram resipiscentiam tradit, simulque fidem ac fiduciam in Christum ingerit. Vox moribundi [illegible] est: Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.

Tertia patientiam absolutissimam, obedientiam perfectissimam & omnigenas virtutes tam verbis quam exemplis efficacissimè docet. Hic Pacator Dominus prodigum factus est nobis summa patientia summæ innocentiæ conjuncta. Hic ipsissimus noster Iudex est Cœlum & Terrarum in manu cuius sunt. Ad hunc animus considerabat David: Quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.[d]

Damnatur quis, & à conspectu Dei rejicitur? Hic Iobus Iudicem excusans, & omnem ab eo culpam removens, Vere, inquit, Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subvertet Iudicium.[e] Hic Iudex æquissimus non frustra mittit in tartarum, nec gratis recipit in cœlum. Vis esse beatus? Cave, ne sis male vestitus. Decretum regium nosti? Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.[f] Quid hominis erat? Conviva nuptialis indecorè vestitus. Tantine hoc flagitii fuit? Supplicii gravitas hic inquirat. Quærit enim Rex: Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Hunc rigidum ac severum Iudicium, quod [illegible] prima elogium [illegible].

Cum Petrus in mari se nondum piscaretur, ubi Dominum in littore vocantem audit, non vestem induens, Tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.[g] Quid hoc Petri vestes [illegible] etiam [illegible] sed purgavit & [illegible]. Mysterium hic latet, & [illegible] transitum. [illegible], non quid [illegible] sed ad quæ [illegible], consideramus. A summis hominibus [illegible] nimis indecorum est. Heracleo Petrus maluit paulò difficilius [illegible] ad Dominum pervenire. En imaginem tum vitæ, tum mortis nostræ. In [illegible] Christus, in cœlo nos expectat ad se [illegible] vocat & invitat [illegible]. Enimvero [illegible] nudum apparere, [illegible] omnis [illegible] est [illegible], si tamen, inquit Paulus, vestiti non nudi inveniamur.[h]

Ergo iam sæpius vocati & invitati vestiamur dum tempus est. Noemi prudens mulier, Ruth nurum suam instituens: Induere, inquit, cultioribus vestimentis.[i] Vestis omnium cultissima est Charitas. Quis prius eam Patrum hanc suam [illegible] laudat? Ex omnibus [illegible] hoc fido. Augustinus [illegible] quæ [illegible]. Quamcunque, ait, paginam interrogaveris, hoc tibi respondebit. Quod novit, [illegible] Charitatem; [illegible] est Charitas.[k]

Non est vestis [illegible] non est [illegible] Christiane. Hæc [illegible], hæc multitudinem operit peccatorum.[l] Bona vestis Eleemosyna, bona Ieiunium, Oratio vestis optima. Sed has omnes [illegible], qui Charitatem habet. Quisquis es, ama [illegible] Iudicem, & propter illum etiam [illegible] amà, & caritatem [illegible]. Tribunal illum formidet. Ama Deum, & fac quod vis.

Quod si hac tunicâ te [illegible], nihil metue, liberumque iactu te [illegible] ipsum [illegible]. Porriget dextram, & liberabit te, qui creavit te.

a 4. Reg. cap. 19. v. 1. & seqq.

b Luc. cap. 23. v. 28.

c Cum [illegible] ut in Romano [illegible] est.

d Psalm. 61. v. 13.

e Iob cap. 34. v. 12.

f Matth. 22. v. 13.

g Ioan. cap. 21. v. 7.

h 2. Cor. cap. 5. v. 3.

i Ruth cap. 3. v. 3.

k Aug. in Psalm. 140. [illegible]

l 1. Pet. cap. 4. v. 8.

CAPVT VIII.

Arcani, peculiaris cuiusque Hypotyposis; seu, Reddendae Rationis exemplar.

§. I.

Birgitta Suecica, sanctissima vidua in Palaestinam iter susceperat una cum filio suo Carolo. Filius in via mortem obiit Neapoli. Mater Birgitta Hierosolymam pervenit, ubi assiduis precibus arcanam cum Christo familiaritatem iniit. Et uti benignissimus Deus liberalitate vinci non sinit, ita viduam hanc singularibus beneficiis affecit, quandoquidem illa in omnibus hoc egit unicè, ut Christo quam maxime placeret. Quia vero haec vidua Servatori, eiusque Matri devotissima erat, filij sui iam mortui statum quam maxime desiderabat nosse; Quapropter evigilanti ac precanti obiecta est species & inter has voces.

Licebit tibi, Birgitta, divinae bonitatis munere videre iam & audire, quid circa filium tuum in arcano Iudicio sit constitutum. Et quamvis illud pauxillo temporis peractum sit, per intervalla tamen certasque periodos tota rei series tibi proponetur, ut eam tanto rectius animo & cogitatione comprehendas.

Hic Birgitta sibi visa est videre Dominum Iesum pro tribunali sedentem, innumerabili Angelorum exercitu stipatum. Ad latus iudicis assidebat Mater Virgo attenta peragendo Iudicio intenta. Ante Iudicem Caroli defuncti anima erat timoris ac pavoris plena, sententiam definitoriam expectans. Dexterum animae latus claudebat tutelaris Angelus, laevum accusator diabolus, nec ille tamen nec iste animam tangebat. Initium dicendi fecit accusator. Aequissime Iudex, aiebat, infortunatam corporum, haec anima fuerat mea. Ideoque corpore soluta in meum regnum trahenda erat. Sed Mater tua, eam mihi praeripiens, tutela sua defensam Iudicio sistit. Huic accusatori Mater Iudicis respondens: Originis tuae, Spiritus maligne, meminerit. Eleganter mutavit te optimus Deus. Sed nequitia tua omnem tibi reconciliandi aditum absulit. Liberum tibi erat Conditori te submittere, sed rebellis esse maluisti, officiis arcanis, & caelo proscriptus. Quod ignorasse non intelligo, sed devitavi. Hanc autem animam defendere Iudicis meum potius erat, quam tuum. Etenim hic homo dum vixit, me quam matrem filius amavit, illud saepius reputando, quanto me Deus honore dignatus est. Hinc tantus in eius pectore mei amor exarsit, ut paratus fuerit, potius mortalibus ignibus torqueri, quam committere, ut aliquid honori meo sua culpa demeretur. Hoc in me animo cum semel obiit: Num igitur iniquum fuit, in meam illum tutelam assumpsisse?

Hic accusator: Non nego, aiebat, homo iste Matrem tui Iudicis magis quam seipsum amavit: sed usque ipsius actiones inspicientur, & nemo illum negaverit meum esse. Quocirca iam, Iudex, appello iustitiam. En eo acta hominis illius in tabulas relata, en peccatorum catalogum ingentem! En molem & acervum infinitarum cogitationum malarum, e quibus si solum obscenae aut superbae prodierunt, mea est; Decalogi praeceptum singulare non nescit: sed illud millies incomparabiliter, quae millies transgressus est. Taceo caetera. Nec ille horum quidquam negare potest: convictus est, convictissimus; testes produco mille propriam ipsius conscientiam.

Hic Angelus: Quam primum, inquit, mater ipsius observavit filiolum in vitia flecti cepisse, prolixis precibus, innumeris lacrymis, & varijs misericordiae operibus tam illi gratiam à Deo impetravit, ut ... timere Deum coeperit, & lapsus, illico ad poenitentiae asylum properaret, ingemisceret, doleret, emendationis propositum innovaret. Contra diabolus plurima obiicere; Angelus obiecta diluere, ac dicere: Haec, & haec, & ista, & illa deliquit, fateor, sed delicta expiavit, nunquam non bonae voluntatis fuit, & quod ipsius causae iam plurimum patrocinatur, eo demum Carolus se redegit, ut unicam vivendi causam statuerit, Dei voluntatem exequi, divinae voluntati voluntatem suam conformando.

Auditis partibus Iudex accusatorem iubens facessere, sententiam pronunciavit istam: *Mea hic, perpes aeternum vivat.*

Ubi haec Caroli mater audijt & vidit, gaudijs perfusa. O gemma veritas, inquit, ô Domine

ac Iesu, ô Iudex æquissime, in sanctas cogitationes mentibus instillandis, in nostras preces & lachrymas tua gratia & æterno præmio remunerandis. Tibi laus, honor, & gloria, tibi gratiarum actio a rebus creatis universis. Te, mi amantissime Deus, mihi meipso longe chariorem tibi vivere, tibi mori unicè desidero.

Hic Angelus loco Iudicis respondens: Scias, inquit, hæc tibi monstrata, non tuo duntaxat bono ac solatio, sed ut Dei amici omnes noscant, quantum virium sit bonæ voluntatis perseverantia, quæ labores, lachrymas, preces, eleemosynas ad supremum usque halitum perducunt perpetuas. Scias etiam in hanc militem illum tuum fratrem tam mitem non fuisse pronunciandum, nisi à puero tam bonæ ac promptæ fuisset voluntatis, quâ Deum & Dei amicos amare, & nævos suos emendare studuit. d Qui vehementem timet Iudicem, benignum sentit præsidentem.

a *Nota, Lector, hanc Iudicij formam ad captum pueri videntis, quoad ad usum & consuetudinem mortalium institutam. Quod & in alijs Deus facere solet.*

b *Non cunctaberis.*

c *Sunt verba formalia.*

d *Revelat. S. Birgit. l. 7. c. 23. mihi p. 231. Vbi fusa narratio, quam contraximus.*

§. II.

Qvis autem Iudicij tam exacti memor in vestitum eunt, cuilibet forsitan hora tandem ad Iudicem, qui iam olim minatus: Scrutabor, ait, Hierusalem in lucernis. a His verbis Bernardus verissimo acclamat: Quid in Babylone tuum, si Hierusalem manet scrutinium? b

Quis autem hunc Iudicem effugiet? Potentissimus est. Quis eum decipiet? Sapientissimus est. Quis illum muneribus corrumpet? Opulentissimus est. Quis eum auctoritate vincet? Integerrimus est. Quis ipsum facundia flectet? Æquissimus est. Quis ab eo causam suam ad aliud tribunal transferet? Supremus summus est, universorum Iudex. Quis ergo non timebit te, ô Rex gentium? c

Rectissimè monens Basilius: Si quando, inquit, subierit te ad appetitum ad peccandum proritabit, velim cogites horribile illud & intolerabile Christi Tribunal, in quo præsidebit Iudex in alto & excelso throno. d

Paulus ipse, quàm divini Iudicij formidans! Nihil, inquit, mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. e Absit ut me, nullam poenitentiam, potest enim in me delictorum aliquid latere, quod ignorem. Nam delicta quis intelligit? f Tanta est humani cordis profunditas, ut homine ipsum non pauca quæ ipse fecit, lateant, quæ ipse nec perspicere possit, nec corrigere iudicare possit. Pravum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum. g Verè, spirituum ponderator est Dominus. h Nostro de nobis iudicio minimè credendum. Qui iudicat nos Dominus est, Iudex ad usque novissimum quadrantem exactissimus; ad cuius examen vita nostra ducitur, sub quo & virtutes nostræ trepidant. Nos enim omnes manifestari oportet ante tribunal ipsius, ubi velut pellucidum vitream habemus, non solum divinæ luci, sed & oculis nostris pervij. Non secundum allegata & probata iudicabimur, ut passim fit in iudicijs, sed secundum infinitam Iudicis scientiam, quæ cogitatiunculas vel levissimas dinumerat & numerat.

Hinc ille hominum etiam sanctissimorum de futuro Iudicio metus, quem Gregorius expendens: Mens iustorum, inquit, sollicitudine per remoto examini intendit. Omne enim quod agunt, metuunt, dum pavidè considerant ante quantum Iudicem stabunt. Scriptum est: Astra non sunt munda in conspectu eius. Qui apud eum districtè iudicant, ipsi quoque maculas inquinationis habent, qui per munditiam sanctitatis lucent. i

Rex David se puerilibus supremum Iudicem timere videatur, timoris sui causam exponens: Domine probasti me, inquit, & cognovisti me; tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meum investigasti. Et omnes vias meas prævidisti. Ecce Domine, tu cognovisti omnia. k Non eas solum, sed omnia nostra etiam minima, vel ipsam quoque sessionem ac resurrectionem meam observas, ubi, quomodo, quà de causa, quo fine sedeam vel surgitur.

[illegible] tandem, omnia hæc tibi sunt aperta, sed ipsas etiam secretissimas cogitationes meas nosti a longè, antequam cogitem, iam nosti, quid cogitaturus sim, hæc tibi ab omni æternitate sunt perspectissima. Hinc omnes semitas meas & progressus meos omnes tam corporis quam animi motus, consilia, deliberationes, proposita, perturbationes, reconditissimos ac intimos sensus meos, sed & funiculum meum, motum & situm meum ante omnia tempora investigasti, quo anno, quo die, qua hora, qua morte obiturus sim, prævidisti. Ecce tu cognovisti omnia, ideo Iudicium tuum est dequaque exactissimum formido; si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit? Publicanum dicere (Deus propitius esto mihi peccatori) mihi est: sed superstitissimum regem Deoque charissimum precari (Ne in furore tuo arguas me) hoc grande miraculum est. Aliqui ingemiscens Iobus: Contra folium, inquit, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Quid est homo? In paradiso fuit arbor, in mutatione foliorum, iam stipula est post lapsum. Nihilominus Iudex supremus dignum ducit super huiuscemodi aperire oculos suos, & adducere eum secum in Iudicium.

a Soph. c. 1. v. 12.
b Bern. ser. 55.
c Hier. c. 10. v. 7.
d Basil. in Ps. 33.
e 1. Cor. c. 2. v. 4.
f Ps. 18. v. 13.
g Hier. c. 17. v. 9.
h Prov. c. 16. v. 2.
i Greg. in 1. l. 8. mor. c. 9. mihi p. 486.
k Ps. 138. v. 1. & seqq.
l Ps. 129. v. 3.
m Iob c. 13. v. 25.
n Iob c. 14. v. 3.

§. III.

Sic autem in Iudicium adducit, ut nullam animæ, sexus, ordinis, dignitatis rationem habeat; senes, iuvenes, viros, mulieres, pauperes, divites, summos, infimos eodem examinis censura stringat. Non enim subtrahet personam cuiusque Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet.

Quod Sapientia exaggerat orbi, hoc Moses iam olim proclamavit: Dominus Deus vester, inquit, ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, & qui personam non accipit, nec munera. Sicut panni negotiator eadem ulna & holosericum & sabanum metitur; ita Deus servum & dominum ad idem trahit Iudicium: Baronibus, Comitibus, Principibus, Ducibus, Regibus, Imperatoribus non molliorem se præbet, quam rusticorum aut mendicorum iudicio, eadem scilicet ulna, pannum villosum, linum crudum, & pannum auream metitur.

Rem insolitam & multis retro sæculis inauditam narrat Cluniacensis Abbas Petrus de Matiscono Comite. Hic multa flagitiosè patravit, & divini Iudicij oblitus, nec Deum verebatur, nec homines, seipso in dies deterior. Nec spes emendationis ulla affulgebat ulla. Minatur quidem æterna Sapientia: Horrendè & cito apparebit vobis. Minatur Paulus: Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Minatur ipse Christus: Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sed minis his talia non terrentur. Viri ergo sentiant & supplicia, qui monitis ac minis nolunt corrigi. Ita in hunc Comitem ab ira numinis animadversum est.

Cum enim solemni die Matiscone in suo palatio consedisset hominibus diversi ordinis adstantibus, repente ignotus eques audacissime ingressus, ad ipsum pervenit, quem etiam ad secretius colloquium evocatum, sequi se non rogavit, sed imperavit. Comes occulta vi tractus sequitur, & volens nolens ad domus ostium secutus est. Hic equum iam paratum iussus ascendere, nō potuit non parere. Vir equi habenas comprehendit, & commeato in aerem cursu cum altero equite abreptus est. Hic Comes vociferans, & eiulans miserabili totam urbem ad terribile spectaculum excivit. Concursum est undique. Plurimi vociferantem Comitem equo per aurem vehi, dum oculorum acie sequi possunt, attoniti spectarunt. Clamabat quidem Comes: Succurrite, cives, succurrite. Sed

##. Sed iam frustra hæc. *f* Sat diu expectarit Iudex, voluit demum moras omnes abrumpi. O miserū, ter miserū, quem talis equus abripuit ad tribunal. Hic nemo non discet Horrendū esse incidere in manus Dei viventis. Nec Comitum galeas, nec Præsulum tiaras, nec Pontificum mitras hic Iudex respicit.

Non absimile quiddam e fidei scriptor cōmemorans. Vir nobilis, inquit, Gualterus de Mere unus aliquis è Caroli V. Cæsaris aulico famulitio, ad partes Boreales Islandiam versus navigans, ex adverso navim magno impetu ferri, & in puppi sedentem mōstrosum Archiepiscopum, ingentissimum per navarchis considere vidit. Gualteri nauta pro more acclamans, quid mercium vectarent, quove tenderent, quæsivit. Cui Navarchus ater respondit: Archiepiscopum vehimus (nomini parcitur) & ad montem Heclam tendimus. Mons est assiduis incendiis, perinde ut Ætna, terribilis. Hoc ubi Gualterus audiit, totus contremuit, & vitæ rationes inde subducere orsus quamprimū Leidam appulit, in religiosam D. Francisci familiam se dicavit, ut omni hominum cura solutus Deo liberius operaretur, magistrum sui tyronisque habuit Gulielmum Delphūm, qui hæc domi meæ (inquit scriptor) multis honestissimis viris præsentibus exacte narravit. *g*

Quemadmodum Comes equo, ita hic Archiepiscopus navigio ad subeundum Iudiciū abreptus est. O utrumque infœlicem! Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt. Et addens Iobus: Non sunt tenebræ, inquit, & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Novit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem & conterentur, subito morientur, & in media nocte turbabuntur. Opus hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. *h*

Non enim est acceptio personarum apud Deū. *i* Nimirum telam crassam & subtilem, rusticam & Coam eadem ulna metitur Deus: Ius idem regibus, mendicis, Imperatoribus reddit.

Refert B. Gregorius ad insulam Liparim virum solitarium magnæ virtutis & nominis, iis qui illuc appulissent, dixisse: Scitis, quia Rex Theodoricus mortuus est? Huic illi protinus respondentes: Absit: Certè cum abiremus, in vivis eum reliquimus erat, nec clam rumor, de sermonis quidquam ad nos perlatum. Quibus ille: Ut dixi, iam mortuus est. Nam die hesterno hora nona inter Ioannem Pontificem & Symmachū Patricium discinctus & discalceatus, vinctis post tergum manibus raptatus, & in vicinā hanc Vulcani ollam præcipitatus est. His illi auditis, eū curā diē in tabulas retulerunt. Iamque in Italiam reversi eo profecto die Theodoricum esse mortuū compererunt, quo vir ille solitarius significarat. Nec vanum hoc visum fuit. Etenim Theodoricus Ioānem Pontificem in carcere necarat, Symmachum Patricium ferro trucidarat: Non iniuria ab iisdem in ignem mitti visus est, in quos tam iniquus iudex fuit. *k* Sed invenit superiorem se Iudicem, qui nunc quidem, ut Iob loquitur, per caliginem iudicat: *l* Sed mane mane Iudicium suum dabit in lucem. *m*

a *Sap. c. 6. v. 7. & 8.*
b *Deut. c. 10. v. 17.*
c *Sap. c. 6. v. 6.*
d *Hebr. c. 10. v. 31.*
e *Luc. c. 13. v. & 5.*
f *Petrus Cluniacensis l. 1. Miraculor. c. 1.*
g *Thom. Bredaub. l. 5. sacra. collat. c. 121*
h *Iob c. 34. v. 18. & seqq.*
i *Rom. c. 2. v. 11.*
k *Greg. l. 4. Dial. c. 30.*
l *Iob c. 24. v. 13.* m *Sophon. c. 3. v. 5.*

CAPUT IX.

Arcani Iudicij memoriam iugiter instaurandam esse,

Reddendæ rationis numquam obliviscendum esse.

§. I.

AUrem pervellat assidue tremenda carmen ultimi Iudicis sententia, quæ aut in ignem æternum mittet, aut æternæ vitæ transcribet: Nihil dici, sed nec cogitari quicquam horribilius potest, quam terrens illud & fulmen nimis quam metuendū: Recedite ā me maledicti in ignem æternum. Vox ferrea, vox adamantina vox fallaci sermone plena.

Aiunt in Scythia & Mæoticis regionibus, a tonitrua tam ingenti fragore ferri, ut quandoque

dorque hominem e tantâ mente paveat. Nisi animi humanus immobilis esset, divinæ vocis tonitru exagitaretur. Princeps Apostolorum Petrus Ananiam & Saphiram coniugem eius allisit paucula vocibus fulminatos: b Obstupescent id Gorgone nat Petrus, inquit, utrique coniugi vitam abstulit arguendo, qui Tabithæ vitã reddidit orando. c Senensis virgo Catharina, quod tempore aliquid non optimè collocasset, acerrima castigatione à S. Paulo sic reprehensa dicitur, ut maluisset coram orbe universo publicari, quã iudicio tã acerbo argui. d

Narrat vir Religiosus è D. Dominici familia Raphael de Columba, e Philippum II. Hispaniarum Regem, cum rei divinæ interesset, duos è suis magnatibus sibi vicinos familiarius inter se fabulantes audisse & dissimulasse: Redeuntem vero in conclave, illos ipsos atroci vultu notasse ac dixisse. Vos duo in conspectum meum non amplius venite. Ita illos hæ solæ voces perculerunt, ut alter extemplo sensim contabuerit, alter stupido & attonito similis in omnem vitam manserit.

Itane vero vox humana hominem non sui [illegible] flagitii sibi conscium sic fulminet? quis pavor, dolor terror incutietur reo, cum non Rex Hispaniarum, sed Rex cœli ac terræ terrificum illud pronuntiabit: Recede maledicte, ne amplius in conspectum meum te da, in ignes æternos abi.

Tantam potuit vox Petri, vox Pauli, tantum vox Regis Philippi, quantum poterit vox Iudicis Christi? Geminæ voces (Ego sum) Christi iudicandi totum militum centuriam in Olivarum clivo prostraverunt: quid faciet Christi iudicaturi? Si tã terribilis fuit vox agni, quantum terrebit vox leonis? Leo rugiet, quis non timebit? f Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum g. E veterum monumentis & ipsâ experientia compertum est, leonem nonnunquam velut dormientem, aut mortuum iacere, dum in area vel campo insidias simulato sopore struit, dum aviculæ complures congregentur. Subito insiliens iste horrendum rugit, quo quidem rugitu sic exterret aviculas, ut velut captæ hæreant. Hic accurrens leo quicquid avicularum eiusmodi pugna reperit, iniectis unguibus præfocat.

Dormit aliquando tempore, aut potius dormire se simulat Leo de tribu Iuda. Cavete aviculæ, accedite homines, repentè hic Leo rugiet, & vos cadetis. Intelligite hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat. h

a *Hodie Tartaria dicitur.*
b *Act. c. 5. init.*
c *Act. c. 9. v. 36. & seqq.*
d *In vita Cathar. c. 24.*
e *Fer. II. Dominica I. Quadrag.*
f *Amos c. 3. v. 8.*
g *Hier. c. 25. v. 30.*
h *Ps. 49. v. 22.*

§. II.

INtellexit hæc Iobus, & Deum nunquam oblitus est. Nam iugi memoria hoc sibi Iudicium ante oculos statuerat: Quis mihi, ait, hoc tribuat ut in Inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? a Malo ad inferos descendere, quam iratum Iudicis vultum sustinere. Quamvis igitur morbus, quamquam hoc malum, cui pro medicina & refrigerio sit infernus ipse? Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua. b

Narrat Climacus in quodam Asiæ cœnobio discipulum commissum viro religioso, homini mitis prorsus ac placido. Observavit discipulus se à sene nec nihil honorari, nec ullis molestiis laboribus exerceri, quod aliquibus periculosum fuisse non nescit, cumque etiam sua sponte [illegible] esset multa profectus, hoc prudenter excogitavit, veniã à sene petit cœnobio migrandi. Non negata est. Commendatitiis à magistro literis acceptis in quoddam Ponti cœnobium profectus est. Prima nocte, quam illic egit, somnium tale obiectum. Erant qui ab ipso rationes exigerent, è quibus demum intellexit se centum auri libras debere. Experrectus, & quid secundum quietem viderat, apud animum suum revolvens: Antioche (aiebat ipse sibi) grandi ære alieno sum oppressus; multa nomina restant expungenda. Ita triennium in eo cœnobio permansit officii sui sedulus, omnibus obtemperans, modestiæ ac submissionis cultor eximius, & quamvis à plerisque omnibus, ut homo ignotus ac peregrinus contumeliis [illegible], tamen

etiam

etiam afficeretur, hæc tamen ille omnia constanti patientia concoxit. Exstiso tandem per quietem demum vidit hominem, qui rationum tabulas monstraret, & in iis decem librarum auri debitas. Expergefactus secum ipse dixit, non tamen ex aliorum, sed decem tantummodo libras dissolvisti, et quando reliquum solves? Antioche maiori labore ac conatu est opus. Attentius est agendum, & patiendum. Ab eo tempore amentem ac fatuum se simulare cœpit, nec tamen quidquam officij sui omisit. Hinc factum, ut quidquid molesti & insulsi laboris esset toto cœnobio, in unum Antiochum devolveretur: omnium sensus erat, hæc homine hebete non indigna. Sed nihil nimis difficile Antiocho visum est. Ita tredecim annos indefessus incredibili exegit. Rursus autem in somnis exactores illos vidit, qui omnia decima centum librarum expensa ostenderunt. Quod ille in suam utilitatem sic traxit, ut quotiescumque graviori labore, aut novis iniuriis exagitaretur, ipse sibi diceret: Antioche, memento debiti. d

Ad hunc planè modum quotidie se ipsum quisque commonefaciat: Heus Paule, aut Andrea, aut Petre, &c. Memento Iudicij: grandis debitor es, & quidem confessi nominis; centum millia talentorum debes, rationes brevi exigentur. Incertissimum est quo anno, quo die, quâ hora actionum tuarum omnium rationem à te accepturus sit Iudex. Ergo, memento Iudicij, memento.

Thalelæus Cilix, quod notatu dignissimum, annis sexaginta, quos in divinis servitiis egit, assiduè flevit, nec unquam visus est, quin lachrymarum fonticuli ex ipsius oculis defluerent. Vt autem eius rei causam redderet, illud semper in ore habuit: Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum est, & rationem valdè severas postulabit Iudex, si illud neglexerimus. d Hoc sciamus, quod Moses animis fideliter instillans: Dei perfecta sunt opera, inquit, *& omnes viæ eius iudicia*. Deus fidelis, & absque ullâ iniquitate, iustus & rectus. e Quocunque vertas oculos, æquissimam Dei libram conspicies.

Quicquid Deus operatur, ad rectissimi Iudicis normam operatur. Siquidem omnia ad exactissimam libellam iam ab æterno ponderavit. Quod Salomon pronunciat: Pondus, inquit, & statera, Iudicia Domini *sunt*: f nec capillo vel unico excedentia. Quia Deus Iudicii Dominus. g Omnes viæ eius iudicia. Vt hominem non illa unquam teneat oblivio, nos spiritus identidem commonefaciat hoc brevi monito: Memento Iudicii. Deus autem id maximè velle, ut forani Iudicii semper memores viveremus, paragrapho sequenti ostendemus.

a *Iob. cap.* 14. v. 13.
b *Sap. cap.* 17. v. 1.
c *Climac. grad.* 4. *de Obed. mihi pag.* 81.
d *Ioan. Moschus, in prato spirit. c.* 59. *mihi pag.* 871.
e *Deut. cap.* 32. v. 4.
f *Prov. cap.* 16. v. 11.
g *Isa. cap.* 30. v. 18.

§ III.

IN sacris voluminibus post librum Iudicum subiunguntur libri Regum. a Non errabimus, si illud etiam in mysterium assignemus: Iudicium animè ac serio consideratum Christianos convehit, ut morte obita, & Iudicio superato Reges efficiantur cæli. Ergo quisquis es, memento Iudicij.

Sunt qui observent tam in exordio Bibliorum, quam epilogo ac fine, mentionem iniici de Iudicio, veluti de re summi momenti, à quâ sumere initium, & in quam desinere debeant divini codices. Liber Geneseos sic exorditur: In principio creavit *Elohim* b cœlum & terram. c Hebræa vox illa qua Moses usus, non Deum Creatorem tantum, sed Iudicem, Inspectorem, vindicem designat. Vt sciant homines eundem esse Conditorem Mundi & Iudicem universorum, qui sicut Mundum creavit, ita & iudicabit. c Vt sciant etiam ab eo universa in lance iustissimâ esse dispensata. Porro sacrorum voluminum finem Apocalypseos liber in hæc verba consignat: Etiam venio cito. Amen. Veni Domine Iesu. d Hic clarissime humani generis arbiter & Iudex adventum suum iudicialem prædicit. Et vero etiam à secura conscientia invenitur ut veniat. Veniet & non tardabit. Memento Iudicii.

In Psalmis Vates regius creberrimam facit mentionem divini Iudicii. Eiusdem in psalmo primo & penultimo monet: Non resurgent impii in Iudicio. e Dixerat Psaltes initio sacri carminis, Beatos non abire in consilio

implorem: ita scribendo, longius non refert, pro iudicio iustorum. Hoc sensu, longè altius sonat iudicium esse, & alios impij. Sic etiam sub finem psalmorum: Gladij ancipites, inquit, in manibus eorum, ut faciant in eis iudicium conscriptum, *f* iudicium decretum, fixum, firmum, iam olim scriptum, & velut columnæ incisum, ut nequeat immutari. Ergo memento Iudicij.

Narrant Alexandrum Magnum Diogeni Cynico adstantem quæsivisse ab eo: Dic sodes, Philosophe, num me times? Cui Diogenes: Esne bonus, inquit, an malus? Bonus, respondit. Quis igitur, inquit Philosophus, timet bonum? *g* Hic iterum respondere potuisset Philosopho: Malus homo bonum Regem timere potest & debet. Id è sacris voluminibus Christiani norunt. Paulus in sua Epistola: Vis, inquit, non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. *h* Qui nihil mali faciendo patrat, quod oculis deprehendi possit, securus est à iudice homine, non item à Iudice Deo, qui non solum oculis patentia, sed etiam abstrusissima quæque iudicat. Hinc vociferatur David: Ab occultis meis munda me. *i* Latent nonnunquam in homine cupiditates & affectus pravi, sed occultissimi, quos ille sibi periculosos non censet, Deo, aliud iudicante.

Cum pictor imaginem à se factam proponit spectandam, vulgi iudicium non metuit, sed artificum, & hominum in talibus censendis peritorum: Ita sanctissimi quique humanis iudicijs non terrentur, oculum Dei censorium formidant, qui sæpe quod hominibus bonum, iustum, sanctum videtur, damnat ut malum. Vides quis acervum farinæ candidam quam purum & ab omni furfure purgatum iudicat, sed cum ad cribrum farinarium farina examinatur, tunc facilè vel quatuor pugilli furfuris excutiuntur: ita plurima prorsus humanis iudicijs approbantur ut recta & sancta, quæ ubi iudicis divini cribrum subtilissimum examinaverit, mistura furforis detegetur.

Est autem quod obryzum, quod purum putum censeas, sed explorandum trade aurifici, qui ubi ad coticulam illud examinaverit, mistum & impurum, aut falsum & adulterinum pronuntiabit. Quot actionibus humanis dignitatem auctoritatemque aufert quæ Christi Iudicis coticula ut plumbum damnabit.

a *Quatenus capitibus Rath* [illegible]
b *Deut.*
c *Genes. cap. 2. vers.* 1.
d *Apoc. c.* 20. *v.* 10.
e *Psal.* 1. *v.* 6.
f *Psal.* 149. *v.* 6. *& 9.*
g *Laertius lib.* 6. *c.* 2.
h *Rom. c.* 13. *v.* 3.
i *Psal.* 18. *v.* 13.

§. IV.

Filius Davidis Regis, Salomon, Ecclesiasten scripto agens idem hoc ipsissimum mysterium sacrisque docet, & concionantium instituit, quâ ratione dicendi principium & finem à Dei Iudicio seu rerum novissimo petant. Eam ob causam sic illic exorsus est: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *a* Nihil hic stabile, sed quæque spatijs transcurrunt & transvolant. Cum homo multis suis annis varie fatigaverit, cum destruxerit, ædificaverit, in negotijs multiplicibus desudaverit, ipsam etiam mortem subierit: quid restat? Iudicium. Ad hunc demum scopulum navis nostra impingit. Idem vero Ecclesiastes libro suo hunc apposuit epilogum: Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus in Iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum sit. *b* Quid, oro, Ecclesiastes his verbis omnino ultimis monet, nisi hoc ipsum: Memento Iudicij.

Nec alia videtur divus scriptor volumen suum clausula insignire, quàm hâc: Laudent eam in portis opera eius. *c* Sunt verba planè ultima scriptoris sacri, quibus ille humanas actiones ablegat ad Iudicium. Nam iudicia olim ad portas exercebantur. Et quoties Iobus iudiciariam hanc campanam pulsavit? Quam articulatè monuit! Fugite à facie gladij, quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote esse Iudicium. *d* Ergo memento Iudicij.

Christus ipse iam morti proximus in amplissimo Hebræorum Synedrium serpens esset vinctus, esset iudicandus, esset crucifigendus, Iudicij tamen memoriam relinquens, & ipsum iudicem velut digito commonstrans: Dico vobis, inquit, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. *e* Iam in crucem sublatus, iudicij

tamen

tamen formam repræsentavit, cum latronem alterum paradisum eo ipso die habiturum pollicetur, alterum ultro in abyssum ruere volentem non revocavit; quæ quidem occulto tunc judicio, & oves ad dextram, & hœdos ad sinistram statuendos oculis subjecit. Cum se peracta jam morte rediturum cœlum repeteret Servator, discipulis eum, dum licuit, prosequentibus sua oculorum acie, en duo è cœlo candidati ephebi, plane turbam allocuti: Viri Galilæi, inquit, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, *sic veniet*, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. *f Sic veniet*, cum eodem corpore & animo, cum eadem majestate ac gloria spectabilis, cum iisdem vulneribus notis, eodem geminæ comitatu hominum & Angelorum, supra hunc eundem Olivarum montem descendet, vobis gaudio ac solatio, aliis terrori & supplicio. Sic veniet. Ergo venturum cogita, & Iudicii memento.

Hoc nobis omnes è tumulis defuncti occinunt, quivis mortuorum clamat: Memor esto iudicii mei, sic enim erit & tuum. *g* Cuilibet Tuum, Cæsar, tuum, Princeps, tuum, Carole, tuum, Philippe, tuum, Marce, tuum, homo, qui vivis.

Refert Clemens Romanus B. Petrum dixisse: Quis peccare potest, si semper ante oculos suos Dei Iudicium ponat? Gregorius Nazianzenus ad Eleusium iudicem multa sibi familiaritate conjunctum scribens: In summa, inquit, ô Iudex futurum scito, ut iudiceris, & minus peccabis. *h*

a *Eccles. c. 8. vers. 1. & 2.*
b *Ecclesiast. 12. & alibi vers. ultim.*
c *Prov. cap. 31. verba omnino ultima.*
d *Iob. ca. 19. v. 29.*
e *Matth. c. 26. v. 64.*
f *Act. cap. 1. vers. 11.*
g *Eccli. cap. 38. vers. 23.*
h *Gregor. Naz. epist. 74.*

§. V.

MOris est in hominum Religiosorum domibus, ut antequam noctu post cœnam ad quietem se recipiant, examen conscientiæ præmittant, si coram forte aliquis ea nocte ex improviso mori contingeret, rationes ille cum Deo compositas haberet. Ad illud autem quotidianum conscientiæ examen signum campanæ signum datur, ut omnes eodem tempore hora partem in eo faciendo collocent. *a* Fuit ut post cœnam ante somnum datum ea nocte signum ad Examen conscientiæ, & eodem omnino tempore pendio è religiosa familia unus moreretur, quod domesticorum aliquis singulariter observavit: illud Patri aliquando, pulsatum est ad examen. Verè sic fuit. Nam eo ipso tempore ad Christi Tribunal ductus, & iudicatus sententiam audivit quæ nunquam mutandam.

Atroxque quod in morte fit iudicium, plus quàm quod ipsa formidandum est. Sed nos illud ideo plerumque non formidamus, & etiam obliviscimur, quia remotum credimus. Hanc causam disertissimè assignat Ecclesiasticus, ait, quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. *b* Nunc enim quæ valde distant ab oculis parva iudicantur, etiamsi sint maxima: sic stellas oculi minimas esse orbicules affirmarent, nisi Astronomia stellarum etiam minimas decies octies maiorem globo terræ esse demonstraret. Ita Tribunal Christi, velut remotum acie obtusa cernimus, & in diem serum rejicimus. Veruntamen scito: quia prope est, in ianuis est. *c* Veniens veniet dies tua, & non tardabit. Dies hodierna parcit? crastina fortassis te abripiet, & tuo te Iudici sistet. Nunquam non paratus esto.

Ad Ægidium B. Francisci socium duo purpurati Patres convenerunt. Sermo inter eos, ut fieri amat, varius fuit. Ad colloquii finem, duo illi Præsules pro se quisque impensius rogarunt: Mi frater Ægidi, Deo nos tuis precibus commenda. Quibus ille exemplo, ut erat vir festivæ libertatis: Vos, ô mi domini, precibus meis non indigetis. Hic infolentiam dicti mirabamur, & causam etiam rogabant: Illis Ægidius, Vos, inquit, vitam pinguem sacerdotiis & inter varias voluptates agitis, & cœlum vobis nihilominus ut certum promittitis, ego inter miserias continuas formido inferos: Non parcit Iudex, qui iudicat etiam iustitias. Sauciavit animum hoc dictum subdoli valoris, & æquam oculis exercuit. *d* Memento igitur iudicii quod Principes, Reges, Imperatores citat, & inter reos collocat.

